



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Disputatio Quarta. De Restitutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](#)

DISPUTATIO IV.

De Restitutione.

QVÆSTIO I.

An filius possit salarym exigere à patre mercatore, vel agricola, pro opera in illo officio ab ipso impensā?

P. Antonius de Escobar in Moral. Theolog. tract. 3. exam. 9. cap. 4. num. 31. affirmavit sententiam probabiliter defendi posse, censur. * Quia illud lucrum, quatenus ex bonis patris, ex filii opere simili proveniens, videtur partim inter profectitia, partim inter adventitia adnumerandum. Si ergo pater totum sibi lucrum retineat, nec aliquid filio relinquit, tenetur illi salarym, quod praberet extraneo, exhibere. Saltem exigente filio. * Sic Escobar, & merito. Est enim valde probabile tam à ratione, quam ab authoritate Doctorum, ut constabat ex his, quæ subiectam ad pœnam libri cuiusdam Neothericæ, qui immodeste in Escobarium insurrexerat.

2. Hanc igitur opinionem probabilem esse (ne dicam veram, & communem) constat aperiè ex pluribus, ac gravissimis Theologis, & Jurisperitis: eam enim tenent Angelus, & Navarrus apud Villalobos infra citandum, & Antonius Gomez in l. 9. Tauri, num. 14. qui, ut refert Vazq. opusc. de testament. cap. 7. §. 5. dub. 11. ait, quod si ex pecunia patris, & diligentia filii, fuit lucrum adquisitum, revera est illud dividendum, & medietas pertinet ad patrem, & conferenda est; medietas vero est adventitia, & ita non est conferenda. * Unde primò sequitur (subnectit Vazquez) quod filius, qui administrat bonapatis, eo quod ille non posset, & fratres essent minores, potest in conscientia, ut Gomez docet, habere præcipuum salarym, quod extraneo commodè daretur, deductis tamen, meo iudicio, expensis, quas ipse facit, plusquam fratres sui. * Sic Authores citati. Quorum sententiam, ut communiorum inter Doctorum, refert Molina tom. 1. de iustit. diss. 23. 4. ubi ex professo rem exigitans, postquam contrariam retulit, sic ait: Birtilus vero, Navarrus, Antonius Gomez, & communior Doctorum sententia, quam ipse & Gregorius Lopez referrunt, censent bona, quæ filius suæ industria, ex bonis patris adquiruntur; at vero esse adventitia, & propria filii, quod ad proprietatem, quatenus à sua industria emanant. * (Erit infra:) * Navarrus, & Antonius Gomez locis citatis, & plerique alti ex authoribus hujus opinions addunt: quando filius ita suæ industria administrat pecuniam, aut alia bona patris, ut commodity omnia, & damaña sunt patris (id quod regulariter fieri solet) posse eisimodi filium post mortem patris exigere stipendium laboris, & industriae apposite, quantum tribuendum fuisset extraneo,

qui eadem bona similiter ad ministeriarum, habentes ejusmodi stipendium præcipuum ultra suos fines. Hoc censet Navarrus limitandum, modo si in tacitè vel extensè protestatus esset, sive animo bona illa administrare, ut competens acquirat stipendium, alioquin conferetur, amore, & gratiis filialitudi fecisse, atque adeo gratis, &c. & idem reponit in conscientia foro posset quidquid acquirere. Hac tenus Molina, qui, licet contraria dictamina tueatur, fatetur tamen, ut vidimus, hanc esse coniunctiorem.

3. Et ut talen amplectetur M. Ludovici Lopez, quem citatum sequitur M. Corradus tom. 2. refut. moral. quaf. 110. Ubi sic ait: * Filius sub potestate patris constitutus, qui suo labore, aut industria, et bonis paternis, aut in eisdem acquirit; tantumpli quam ceteri fratres debet habere de bonis paternis, in quanto plus quam illi in eis adquirendo laboravit suæ industria, ad augendam bona aut (attende) tantum, quantum incedis solvi debet, alii extraneo, qui tantumdem laboraret, & liber Navarrus contra Sylvestrum. Colligitur ex doctrina Bartoli, & aliorum Doctorum. At hac condita intelligenda venit esse vera, accedentibus dubitationibus. Prima est, quod filius substantiatione teneatur. Altera est, si protestatus sit tamen, ut explesè, se eo animo servire, ut pater suum opem, & laborem conferat et tantum, quantum emere conferte deberet, si ei ipse filius non inveniretur ait Navarrus, &c. Hac tenus Lopez ibidem quæ secunda partis. * Sic Corradus.

4. Eamdem tener Villalobos sum. tom. 2. diss. 13. diffic. 6. num. 4. fol. mibi 245. Ubi sic ait: Quando el hijo trata los negocios del padre, no tomar lo que quiera de llevar otro, haciendo testigos, que se haza en sustentarle, sino es que quieren hacerlo de gracia, como tienen Angelus, & Navarrus. Aunque para esto son necesarias tres condiciones que pone Lessio. La primera, que protege, que guarda, que se pague, &c. Aunque si lo dexas por un do reverencial del padre, no parece cosa etiquetaria. Lo segundo, que contiene, que el padre no podia hacer por si mismo, ni hallar otro, que quiera de valde, & por menor precio. Lo tercero, no dade tomar parte si el ulterior de la gatina mientras el padre vive, & no le emancipa, porque este es de su padre. *

5. Pro hac etiam sententia militat Diana tract. 4. resol. 66. Ubi inquires: * An filius componis, mercatoris, &c. possit ex gesta salaria, quæ patris bona administrat? Sic reolvit: Negat responder Gloria, Petrus de Navarra, Molina. Verum ego contraria sententiam probabili, & tutam in praxi existimo. Cum enim in tali casu cum non tantum ex bonis patris, sed etiam ex industria proveniat, ideo partim inter profectitia, partim vero inter adventitia bona numerandam videtur. Ex quo inferitur, quod si solus patrum accipiat, nullamque ejus partem filio quicquid etatatis iure relinquit, runc tantumdem familiare obligatum esse, quantum extraneo alicui debet, saltet si filius exigat. Sicut autem ob meum reverentiale petere non audeat, vel probet se petat, se repulsam latetur esse, dicendum est, quod filium clam à patre accipere posse. Et hoc communiceat Layman, qui citat Lessiu, Navarrus, Lopez, Angelus. Unde in tali casu adventaria consuetudine imponere penitentibus onus restituendis.

ultra estimationem laboris, ac industria sua accepta perint, computatis in dicta estimatione expensis, quas pater facit in aliendo. * Hæc Diana ubi supradicit.

6. Pro hac sententia, ut constat ex nuper dictis, refertur etiam Layman, cuius autoritatem nituntur Diana, & Escobar. Ille igitur lib. 3. tract. 4. cap. 8. n. 12. sic scribit: * Si filius familiæ ex bonis paternis, nomine, ac voluntate patris lucratur: v. g. filius Cauponis, mercatoris, neque consuetudo, neque iuria permittere videtur, ut exinde salarium, vel partem lucri exigat. Ita docent Glossa, Sylvester, Petrus de Navarra, Diaz, Medina, &c. Contraria tamen non improbabiliter post Bartolum docent Angelus verb. Peculum, n. 11, Navarrus cap. 17. n. 144. Lopez p. 2. instruct. c. 31. Lessius lib. 2. cap. 12. n. 81. cum enim Incurum non tantum ex bonis patris, sed etiam ex filii industria proveniat, id est partim inter profectitia, partim inter adventitia numerandu[m] esse videtur. Ex quo inferunt, si solus pater lucrum accipiat, &c. tunc tantudem salarium ipsi dare obligatum esse, quantum extraneo aliqui deberet, saltem si filius exigat: fin autem ob metum reverentiale petere non andeat, vel probesciat, si petat, se repulsa laturum esse, consequenter, filium clam a patre accipere posse, &c. Porro id certum est, atque omnes fatentur, si filius ex re patris non fructifera, suo periculo negotietur, ita ut propositum habeat, & rem ipsam, quam seu clam, seu mittu[m] accepit, & dannum, si quod patri inde evenerit, plenè restituendu[m]; tunc lucrum omne ad filium pertinere, tamquam adventitium peculium. * Haec enī Layman cum citatis, quorum sententiam probabilissimam censeo.

7. Sed quid dicendum, si filius incepisset hæc serviti obsequia gratis, & liberaliter patri præstare, abique animo compensandi? poteritne salarium posse ex gere? Huic difficultati respondet in simili M. Serra 2. 2. tom. 2. q. 60. art. 5. dub. 2. ad 3. fol. 437. * Si famulus, inquit, coactus a Domino aliqua obsequia præstaret, ad quæ non tenebatur, compensationem sibi ex rebus domini facere posset, juxta operis æstimationem: secūs si gratis ea præstaret, nam sic censeretur, mercede condonare. Posset tamen mutare animum, & mercedem exigere, ab eo tempore, quo animum mutavit. Si est autem probabile, ut nonnulli lis videatur, (attende) illum, qui gratis aliquid donavit, aut obsequium præstitit alteri immenso debiti ex justitia, quo illi erat obligatus, postea cùm recordatur debiti ex justitia, posse compensationem facere per rem donatam, aut obsequium, quia presumuntur, quod non fuisset tam liberalis, si debitus fuisse memor; videatur dicendum similiter de famulo, qui gratis aliquid obsequium, ad quod non tenebatur, præstitit ignorans, aut immemor, posse illud præstare animo mercedis: postea scilicet, cum hujus recordatur, posse sibi compensationem facere, quia similiter presumi potest, quod non fuisset tam liberalis, si hujus memori fuisse. * Hæc M. Serra. Quæ pro filiorum obsequiis, ad quæ ipsi non tenebantur, æquè militant. Unde infertur, filium Cauponis, aut mercatoris, qui suo labore, & industria ex bonis patris lucratus est; ignorans tamen, aut immemor posse hoc obsequium præstare ex animo mercedis, licet sibi compensationem posse facere, quoties præsumi queat, quod si notitiam haberet hujus doctrinæ, non gratis, sed mercedis animo præstifer. Quod procedit, licet ab initio gratis incepisset, si postea mutaturus animum, præfata opinio-

nis conscientius, jure præsumatur. Quod non raro continget. Sententiam verò illam, quam ut probabilem supponit M. Serra, insufficientem puto ad extinguendam obligationem justitiae, quando gratis donata non necessitati, sed luxui creditori deferviunt, quæ si in specie debita solverentur, scèus ferret. Consecutionem verò, quam ad rem nostram deducit Serra, lubens admitto. Qua se protegere poterunt, qui de salario anteā non cogitarunt, vel de illo pacisci erubuerunt.

8. Restat adhuc difficultas quid in dubio dicendum? Præsumendum ne est filium, præstissemus laborem gratis, & liberaliter, an potius animo compensandi? Similem questionem excitat Diana p. 11. tr. 3. ref. 19. Ubi inquit: * An in dubio filius præsumatur, impensis factas pro patre animo donandi fecisse? * Erat in partem negativam inclinat ex l. 12. C. de negotiis gesistis, ex qua in verb. Si donandis animo pecuniam dedit, arguitur: * Filium in dubio non censeri, alimenta, pietatis causa fecisse. Sed quia opinio (inquit) affirmativa est communis, teste Surdo de Alimentis, tit. 6. question. 9. num. 7. in fine: Ideo tu cogita: nolo enim singularium opinionum authorem esse. *

9. Verum huic opinioni plurimum favet fundamen-tum, quo Doctores probant, Ecclesiasticum posse recompensare de fructibus beneficij, quod de patrimonialibus in sui sustentationem insumpit, dummodo non habuerit expressam voluntatem non faciendi compensationem. * Nam in casu dubio, inquit, præsumendum est, habuisse habitualem animum recompensandi, cum nemo præsumendus sit, se velle jure suo privare. Sic Molina, Navarrus, Gratianus, Divus Thomas, & Cajetanus, Lessius, Palauus. * Hæc Leander à Sacramento omnes citans tom. 6. in Decalog. tract. 5. disp. 3. ques. 49. fol. 119. Ergo à simili in nostro casu, filius poterit sibi compensare de bonis patris, quæ in salarium posset pro labore, & industria exigere, dum non habuerit expressam voluntatem non faciendi compensationem, quia in dubio nemo est præsumendus, se velle jure suo privare. Probabilis consequitio est, & opinio in praxi tutia.

10. Rogabis, unde conjectare poterimus, filium non animo donandi, sed sibi compensationem faciendi, negotiis patris gesisse? Respondeo ex his quæ tradit ipse Diana ubi supradicit, §. Vnde si filium. Nam loquens de expensis factis à matre pro filio, sicut: * Difficultas est, quando colligatur, impensis factas pro filio fecisse animo repetendi? Respondeo, quod hic animus colligitur, si expensis in librum expensatum retulit. Secundò, si maternæ necessitate aliquæ res suæ, vel temporis, aliisque, non videatur maternæ pietate aliusse, & alimenta donare voluisse, &c. Item (attende) si mater negotia fili gerens, alimenta suppeditat, non censeretur ex maternæ pietate subministrasse, nec donasse: quoniam administratio negotiorum filii suscepit matrem hæc facere cogebat; quæ ad tuendum filium, & res eis pertinebant. Atqui hujusmodi necessitas animo donandi plenè contrariatur, quia in necessitatibus nemo est liberalis, l. 18. ff. de alimento legat. Bonellus 15. comment. 16. * Hæc illa. Ex quibus colligitur, quod si filius bona patris sua industria, & labore administravit necessitatem coactus (nempè, quia pater dederat, & bonis suis parum curaret, & nec per se, nec per alios diligentiam ad eorum augmentum adhiberet) administrationem suscepit,

QVASTIO II.

*An acceptum pro iusta sententi
homicidio, vel adulterio, teneam
naturali, aut positivo iure
restituere?*

Posset falarium extraneo debitum exigere, aut occul-
te accipere; quia in tali casu non praesumitur libe-
ralis donatio, ut constat ex dictis.

11. Rogabis secundum, quid dicendum, si scires,
filium occulte sibi compensationem fecisse, & Epis-
copus suo monitorio sub excommunicationis pena
principaret, bona occulte accepta, etiam titulo com-
pensationis, manifestare? Respondeo cum Doctore
D. Francisco Verde in opere pro Caramule, quast. 8.
coroll. 15. fol. 94.* Si monitoria sint ad finem, ut re-
stituatur ablatum, & ego sciam, justam esse retentionem acceptoris, puta compensationis, vel alio
justo titulo, non teneor revelare, quia cessat finis
monitorii. Ita Glosa, Suarez, Menochius, Lazar-
ius. Quod cum aliis Doctoribus (tract. de monitorii,
sect. 1. q. 9. num. 2.) afferit, verum esse, et ambi mo-
nitoria principiant, revelari detinentes titulum com-
pensationis, nam intelliguntur de compensatione in-
justa. Ripa, Angelus, Comitolus.* Hac Doctor
Verde. Et antea illum cum pluribus sui instituti M.
Corradus 2. p. q. 453. Ubi sic: * Sed si Episcopus, in
litteris suis excommunicatoris, jubeat, revelari eos,
qui talem rem, etiam pro recuperatione suarum re-
rum accepert; Sylvester ait, quod idem ferendum
est judicium in hoc casu: scilicet, quod talis recom-
pensator, atque ejus compensationis consciit non
revelantes, ad nil tenentur, neque excommunicatio-
ne ligantur, &c. Hac idem praeferat Doctor Lopez
noster; atque etiam Sotus in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 1.
hunc casum ponit, & ita refolvit, ut suprad. * Hac
Corradus, quae sunt valde notanda, quia passim ob-
via, & valde probabilia.

12. Rogabis tertio, an cui ex sola gratitudine ali-
quid debetur, possit illud per modum compensatio-
nis ab ingrato clam usurpare? Diana p. 7. tr. 10. ref.
19. pro parva affirmativa adducit Petrum de Navarra
lib. 3. de restit. cap. 1. n. 375. & 393. & addit, eam non
improbare Machado tom. 1. lib. 2. p. 3. tr. 23. docum. 5.
n. 5. Ceterum Petrus de Navarra solum concedit
compensationem ei, cu: ex charitate, seu ex iustitia,
seu ex alia virtute sub peccato lethali res debetur;
nec Machado pro alia opinione refert Navarram, ut
constat ex verbis, quae ex illo exscriptis Diana loco
suprad citato. Videatur, quæso, allegatus Petrus de
Navarra in edit. Lugdun. anno 1593. lib. 3. citato, cap. 1.
n. 374. & 392. & constabit aperè, solum intendere,
non ex sola iustitia debitum compensare licere, sed
ex charitate etiam, vel Religione, vel fidilitate ad
Deum, ad quorum solutionem potest proximus a
judice cogi, vel ad penas dandas, si non implet. Ad
illud autem, quod ex gratitudine tantum debetur;
coatione non est locus, ut ex terminis patet. Unde
omni probabilitate destituta est opinio præfatis
Doctoribus impacta, quia nec a principiis intrinsecis,
cùm ratione non innitatur, nec ab extrinsecis,
cùm nullus author docuerit, sed Diana
deceptus referat.

(:†:)

1. Negat Lessius lib. 2. de just. cap. 14. do. 8. q. 1.
ad quod probandum, supponit etiam
ni Doctorum, ante patrum malitiam
peccatum esse mortale, tam accipere, quam denunciare
promittere in hunc finem consequendum. Quod
terminis patet; nam qui dat, vel promittit, retro-
ducit ad peccatum, & qui recipit, vel accipit per-
missionem, spondet maleficium; ac promittit
ejus exequutionem, contractus teneendi debet, &
præsumit acceptum domino restituere. Dicitur ergo
tum solū est, an maleficium contraria iustitiam leno-
trato, teneris præsumit acceptum restituere!

§ I.

Quid de jure naturali, & divino?

2. Quid jure naturali, & divino neminem
est communis Thomistarum sententia, ne-
statut doctorissimus M. Petrus de Ledesma in summa
2. tract. 8. de justit. committ. cap. n. 1. condit. 6. Usus
ait: * Estando en solo derecho natural, y divino, lo
que se gana con obras malas, y que son peccados, no
ay obligacion de restituirllo, antes es de aquello que
cibe la ganancia. El exemplo es, en lo que se da un
poco para matar a otro, o por herirle, o porque de vicio
tencia injusta, o porque votenal, y contra iusticia.
Esta conclusion ensenنان todos los discípulos
Tomas en ellugar citado. Particularmente Cipriano,
Soto, Bannez, Orellana, Medina, Penna, Soto
razon es, porque aunque estas obras sean peccado
no ninguno está obligado á hacerlas de valle, y
estimables, y dignas de precio. Luego estando en
recho natural, bien se puede quedar con el preciosista
esta conclusion es certissima, aunque es contradictoria
Doctores. * Sic ille. Sed non bene pro fecta. Cap-
tanum quoad acceptum pro sententia iusta, no
frá videbimus.

3. Cùm Ledesma sentit M. Corradus 1. p. q. 1.
quast. 87. ubi ex Salonio sic ait: * Accepti peccata
pro operi peccati, & ut merces pravi operis, capi-
cumque generis sit peccatum illud, sive contumeliam,
sive si judex accipiat, sive iniuste iudicet; sive
iuratum occidat, sive contra castitatem, nec mulier
cipiens, ut fornicietur; stando in iure name dolo
non est restituenda, & accipiens illam ab eo, capi-
tur, & voluit dare, retinere potest? &c. Et ista
Additionibus loquens de turpi lucro, inquit: *
primò dicimus, turpe lucrum promissum obliga-
solendum, &c. Nam bene stat, quod fuerit
missio turpis, & tamen post causam subflequere
sit debita, & licita ejus impletio, scilicet dari obli-
ceptione promissi. Et licet promissio sit turpis, sicut
inducat obligationem adimplendi, tamen non
sequitur, obligat ad servandam fidilitatem. Hoc
sententia Corduba, Medina, & Soto, ex D. Thom
in conscientia observanda, non tantum circa me-
tricem, sed etiam maritamatam pueram, & mar-
tricem. Cujus rationem ex D. Thoma, Malone, & M. Soto
redit infra quast. 100. dicens: * Ratio est hac: que-

Mud præmium non accipitur ex ea parte, qua est peccatum, sed qua est actus naturalis, & licet culpam non exeat habeat, non ratione culpa, ut dictum est, sed ratione laboris, & periculi, & voluntatis naturalis, ut merces, & præmium: & eadem esset ratio (inquit) si vir à muliere præmium exigere. Quin vero equis esset, quia plus ille, quam illa, præbet laboris, & periculi. Unde Alexander, utunc moris erat, præium non perit à quadam muliere, ut secum rem habetur. * Sic M. Corrado. & ante illum M. Soto lib. 4. de Iustit. quæst. 7. art. 1. ad 2. dicens: Quapropter mulier, quæ fuit corporis copiam facit, mercedem recipere potest pro voluntate, quam vir capiat, sicut posset, ut prole illi gigneret. Imò ultraque ratione posset etiam masculus à feminis præmium recipere, qui verò equis, quia plus præbet. Sicut Alexander jure naturæ portuit à duce illa Amazona, quæ illum gratia recipienda proliis invisit; quod & prece, & præmium, ut ferrum impetravit, &c. At verò, quia feminis major inest pudor, ob idque ratiore sunt, quæ illi turpitudini videntur, quam viri, præmium ipsius justus recipiunt. * Sic M. Soto. Sed his omisssis.

4. Ad rem nostram, pro Thomistarum, quos adsumus, sententia, stare videtur D. Thomas in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 4. ad 2. quæstionis. Ubi ait: * Si lex prohibuit actum, ex quo quis iuratur, sed non lucrum supposito actu, tunc quamvis adquirendo tali actu contalegem fecerit, tamen tenendo non facit contraria legem, sicut cum quis de lenocinio, vel meretricio iuratur, & idem de scismaticis: licet enim pro nefario opere præmium accipiant, quia tamen acceptio talis pretii non est contralegem aliquam illam prohibentem, retineri potest tale præmium. * Similiter Cajetanus 2.2. quæst. 6. art. 5. ad 2. licet D. Thomas, neque hic, neque quæst. 32. art. 7. neque in 4. sent. neque alibi, (ubi quæstionem tractat) de adulteris loquutus fuerit, idem ac de meretricibus ex ejus mente dicendum putatur: Quanda dare non prohibetur, sed causa propter quam datur, ut quanto prohibetur forniciatio, adulterium, & hujusmodi, non prohibetur dare propter ista, unde homo propter accepta ejusmodi servititia, quamvis nefanda, tenetur dare, quod promittit. * Sic Cajetanus, & sic etiam M. Soto, & M. Ludovicus Lopez 1. p. Instrut. cap. 10. §. Igitur circa quæst. dicens: Hæc est Cordubæ, Medinæ, Soto q. 4. quarto libro, ubi ait, quod meretricibus, imo & maritatis, in foro conscientia, post habitum cum eis copulam, tenetur solvere, quod eis promisit, &c. Hæc est D. Thomas, cuius rationem affert. * Et item 2. p. cap. 106. quæstio 7. Nec parum ad has expositiones confert, quod ipse Angelicus Praeceptor numquam excluserit à lucro licito, quod accipitur pro delictis contra justitiam patratis, * sed que ut rapina, usura, & simonia. * Sic in 4. dist. 15. citata, q. 2. art. 4. ad 3. quæst. ibi * Quandò lucrum ipsum (inquit) est lege prohibitus, ut rapina, usura, & simonia, non solum dicitur turpe lucrum, sed iniquum. * Nimirum, quia in illis, aut deficit voluntas donandi, & ideo non transferitur dominium, ut in rapina, & usura contingit: aut quia res in vendibili est, & ideo jure naturali contractus nullus, ut in simonia: aut saltem quia lege Ecclesiastica redditur inhabilis ad acquirendum dominium pretii simoniae accepti, ut alii docent. Quod fecis accidit in aliis delictis contra justitiam in potestis utilitatem patratis.

Pars II.

5. Pro eadem sententia stat etiam Soto lib. 4. de Iustit. q. 7. §. Secundus ergo modus. Ubi predictas actiones contraria justitiam dicit esse præcio estimabiles, (licet alias jure positivo prohibitas putet.) * Non quidem, inquit, quia actio, pro qua munus offertur, non sit natura sua præcio estimabilis, ut si litigatur, aut judicii, aut testi corruptendo, munera offerret, aut assilio, ut hominem interficeret. * Idem sentit Trullench in Bullam, lib. 3. casu 5. fol. 509. Ubi pro hac sententia refert D. Thoman, Lessius, & Ludovicum à Cruce. Quam plures sequuntur Villalobos tom. 2. tr. 11. diffic. 16. concl. 7. n. 13. * Lo que se da al juez para que de sentencia injusta a uno; para que mate a otro, &c. Estando en derecho natural no ay obligacion de restituirlo, sino solo el danno que se haze a la otra parte. Esta conclusion es de casi todos los Doctores citados. * Sicille, & alii, quos sequitur Verricellito 1. tr. 3. q. 1. n. 16. ibi: Infertur quartus, judicem, qui iniquam tulit sententiam ob præmium habidatum, vel promissum, quamvis peccaverit iniquè judicando, non tamen peccare, nec teneri conscientia ad restitutionem accipiendo præmium prænixa sententia. Ita Navarrus, Angles, Petrus Navarra, Valentia, Rebellus, Toletus, Lessius, Molina, Layman, Diana contra Cajetanum. * Sicille, & pluribus citatis consentit Henriquez de Ponfif. Rom. clavis lib. 4. cap. 25. n. 3. in fine.

6. Quapropter Eminentis Card. de Lugo tom. 1. de Iust. disp. 18. sent. 3. n. 54. jure hæc scripsit: * Communis Theologorum sententia est, attento jure naturæ, & nisi leges reddant inhabilem ad dandum, vel accipiendo, non debere restituui, facto jam opere criminoso, quod pro eo patrando, acceptum est. Ita Navarrus, Sylvester, Antoninus, Petrus de Navarra, quos refert, & sequitur Turrianus, Vazquez, Lessius, Molina, & alii communiter. Probatur ex his, que de turpilucro meretricis dicta sunt; eadem enim est ratio de aliis peccatis, cum in his etiam accipiatur pro realia emptori grata, & utili, ad quam vendor non tenebatur. * Hæc Lugo. Et hæc de jure naturali: Quibus probabilitat sententia latit superque stabilita manet.

I. II.

Quid de positi vo?

7. R Estat adhuc difficultas, an jure positivo re naturat quis restituere acceptum pro injusta sententia, vel homicidio, aliusve delictis contra justitiam? Partem negativam defendunt S. Antonius, Sylvester, & alii, quos citatos sequitur doctissimus Navarrus in Manuali cap. 17. num. 33. retractans, quod anteä scripsit: * Siempre, inquit, nos pareciò mejor esto hasta aqui, (nempè pars affirmans) a ora empero nos parece mejor lo contrario, que tienen S. Antonino, Monaldo, Angelo, y Sylvestro. Lo primero, porque no ay ley, ni canon que mande esto generalmente. Lo segundo, porque las leyes, y Canones desta materia dizan, que lo que por delito se promete pedir, y no dizen que lo tomado se hade dar a otro, &c. Lo quinto, porque es teorica de Vercicillo recibida por S. Antonino, Angelo, Sylvestro, y otros, que la restitucion de lo que se hade dar a pobres, y no a la parte interessada, no se debe de precepto, si no de consejo, quando nunca se debio a persona, ni Colegio alguno, &c. Ni por ley preceptiva, ni sentencia especial.

Vu 3

la les

se les aplico. Y segun la comun, la restitucion en este caso se hade haxer à pobres, yno à la parte, a lo qual es coniguiente, que no se debe restituir de precepto. Finalmente haze, que no ay ley divina, ni humana que esto mande. Y assi concluimos, quel que toma algo por cauña que es mortalmente mala, peca mortalmente (nimurum ante maleficium commisum) y de precepto està obligado a restituir el danno, que por aquel mal hizo à otro, y tambien lo que tomo de quien la ley especialmente lo manda restituir, como en la simonia. * Haetenus Navarrius.

8. Ejusdem sententia sunt communiter Thomista, quos sequitur M. Petrus de Ledesima in sum. p. 2. tr. 8. de just. cap. 11. conclus. 8. Ubi contra Sotum, Manuel, Rodriguez, & Cordubam sicut: * A esta dificultad se responde, sermas probable, que en el tal caso no ay obligacion de restituir el precio antes de la sentencia del juez. Esta sentencia tienen communemente los discípulos de S. Thomas, y muy particularmente Orellana. La razon es, porque estando en derecho natural, las tales obras son dignas de precio, como es cosa notoria, y el derecho positivo en los lugares citados no haze inhabil, ni incapaz para recibir el tal precio, como consta de las dichas leyes, y derechos (pro parte contraria allegatis) luego estando en conciencia, antes de la sentencia del juez, no ay obligacion de restituir el tal precio.*

9. Ledesim sicutur M. Serra 2. 2. tom. 2. q. 62. art. 5. multis probans, acceptum pro delictis contra justitiam retineri posse, & non debere restituiri ante sententiam judicis (poliantis in paenam delicti. * Pater, inquit, nam ita docent communiter Recentiores, illam etiam docuisse M. Orellana, refert M. Ledesima. Probatur deinde ex l. 3. ff. de condit. ob turpem causam. Ubi dicitur: *Vbi dantis, & accipientis turpido versatur, non possit repeti dicimus, velut si pecunia detur, ut malejudicetur, &c.* Ex his autem colligi, transferri dominium, etiam quando delictum est contra justitiam, & injuriosum; premiumque pro illo datum fieri accipientis ostendo. * Et infra ad secundum: * In sententia, inquit, injusta duo considerari possunt, & quod sit iusta, & quod sit actus utilis ei, in cuius favorem fertur, & laboriosa, & periculosa judici. Concedimus, quod ratione primi non est venalis sententia iusta, &c. si tamen aliquid acciperet pro actione iniqua sententia, quatenus ipsi est periculosa, & alterius utilis, non tenetur restituere, quia ut sic est pretio restitutio. * Haetenus M. Serra suprà, ubi Cajetanum dicentem * subversionem justitiae esse invendibilem, explicat, dicens: * Quod intelligendum est de justitia ut sic, seu quatenus est formaliter peccatum. * Et bene quidem, quia nulla prorsus esse potest ratio, cur sit vendibile homicidium, vel adulterium, aliudve delictum contra justitiam; non vero subversio justitiae, ut ex terminis notum est. Omnia ergò hæc materialiter sumpta, (inquit Serra) quatenus sunt quædam actiones humanæ libere factæ, delectabiles, aurutiles uni, alteri vero laboriosa, & periculosæ, pretio astimari possunt. Ergò premium pro illis opere consummato accipi potest, & acceptum retineri, nec tenetur restituere, qui illud accipit. *

10. Pro eadem sententia stat M. Bannez, quem ciratum sicutur Villalobos tom. 2. Sum. trax. 11. diffe. 16. b1: * Loque tengo por mas probable, y verdadero es, que antes de la sentencia del juez, el que lo recibió no está obligado à restituir à nadie, sino

quelo puede retener con buena conciencia. Bocan Navarro, Lessio, y otros. El fundamento, porque de ley natural no ay obligacion de restituir estas cosas antes de la sentencia, ni tampoco ay de derecho positivo, porque las leyes que quedan citadas, &c. no quitan la obligacion natural, ni ligan a que se restituya lo recibido antes de la sentencia del juez. Porque el que lo dió pudo trasladar el dominio. * Sic Villalobos.

11. Idem sentit M. Ludovicus Lopez 1. instru. cap. 106. S. circa prædictam doctrinam. Ubi sic: * Utile doctrina D. Thomæ (circa simoniacæ acceptum) restituti fundari in lege Ecclesiastica, que sic punit agentes contra legem divinam, ut iurecepti, & dato simoniaco sit privatus, & ut punit simoniaco in pauperum elemosinas erogatas. Neque homicida, aut judex ferens iniquam sententiam quorum primus aliquid accipit pro obligatione condendi, & secundus pro iniqua pronunciamenta, pro his accepit premio dominio privatum, quia homicida potuit vendere actionem suam, liborem, & periculum ad occidendum, quam iusta fuerit promissio occidendi, & ille iudicium ferendo iniquam sententiam nullam injuriam facit, danti pro ea premium, &c. Unde contra Cajetanum facete injustum, non videatur invendibile. * Itzal Lopez, qui ut patet, hanc sententiam in hac amplectitur, licet p. 1. instru. cap. etiam 106. hinc accep. resb. probabilem tantum dixerit, (excludit Hispanæ judices) & contraria, utprobabiliter tenetur.

12. Etnovissime multis illustrata defenditiffr. P. M. Araujo Episcop. Segoviensis in dñi nov. diff. 7. part. 2. nro. 4. Ubi citatis D. Antonino, Mendio, Angelo, Sylvestro, Navarro, Bannez & Vaque sicut: * Asserimus cum his authoribus, recipientes mercedem ob maleficium, neque jure naturali, neque jure humano teneri ante judicis sententiam ad restitucionem, si promissum maleficium implevit. * Cujus exemplum adhibet num. 2. v. 1. Quod accipit judex ob ferendam sententiam inquam, & quod accipit testis ob ferendum falso testimonium, & quod accipit tabellio ob falso instrumentum. * Sic ibi, & iterum num. 12. Ubi ratione reddit, * quia hujusmodi contractus, aut non ad solutus, sed conditionatus, scilicet accipe decantem sententiam iniquam, aut facias taljen falso instrumentum, aut injuriam alicui, quam si feceris, transire in te dominum horum decem. Unde sequitur, quod licet uterque peccet contra justitiam, recipientes vero non tenetur restituere, postquam adimplerint premium, sed antea. *

13. Ejusdem sententia sunt plures alii Doctor, quos sicutur Trullench in Dialog. lib. 7. stat. 1. 9. dub. 6. num. 2. & in Bullam Crucis, lib. 3. cap. 1. quod leges à Doctoribus contrarie partis ad ea, nec faciunt inhabilem accipientem ad eum parandum dominum, nec redditum irratiam receptionem. * Quare (inquit) non teneri quod restituere acceptum ob homicidium, sententiam iniquam, falsum testimonium, * & Angelus Nira Verricelli tom. 1. queß. moral. erat. 3. queß. 1. num. 10. ibi: * Infertur quartu, judicem, qui inquam non sententiam ob premium sibi datum, vel promissum, quamvis peccaverit, iniquè judicando, non rempeccate, neque teneri in conscientia ad restituere nem, accipiendo premium pro iniqua sententia.

Ita Navarrus, Angelus, Navarra, Valentia, Rebello, Tolentus, Molina, Laynan contra Cajetanum, & Cozarru. *Idem tenet Diana alios citans p. 8. tract. 5. ref. 110. & Leander à Murcia in disquis. moral. lib. 2. disp. 2. ref. 31. dicens, esse communem. Quibus addit Leandrum à Sacram tom. 6. in Decalog. tract. 5. disp. 4. q. 11. ubi ait: *Sic docent D. Thom. Lessius, Egidius, Palao, Trullench, & omnes. *Quibus meum calculum adjungere tam ratione, quam auctoritate colgor.

S. III.

No-vum ejusdem sententia subsidium.

14. PRO majore hujus sententiae auctoritate, & probabilitate, quam veram reputo, cum Lessio (à nescio quo Theologe moralis in opere id est suffigato) superaddere non omittere verba doctissimi, ac Reverend. P.M. Joannis Martinez de Prado tom. 2. Theolog. moral cap. 17. q. 5. num. 36. *Ultima, inquit, opinio docet, quod etiam leges prohibeant acceptationem, dum tamen non declarant, esse irritam acceptationem, non est opus restituere accepta pro opere peccaminoso. Et addunt, quod iure communione non extant leges irritantes acceptationem, & id est ante judicis sententiam non debent restituiri. Ita Sylvest, Joannes de Friburgo, Orellana, Petrus de Ledesma, Bannez, Serra, Joannes de la Cruz, & probabilitate posse praedicari, docuit Ludovicus Lopez, &c. Ultra Thomistæ est iam inter alios satis recepta sententia, tenent enim Angelus, & Monaldus, Navarrus, Petrus de Navarra, Villalobos, Covarruv, Azor, Lessius, Vazquez, Molina, Bart. à Sancto Faustino, Bonacina, Trullench, & alii frequenter, &c. *Hac illæ. Qui tamen, licet à num. 42. multis suadere conetur contraria sententiam esse D. Augustini, & D. Thomæ, dicens: *Videtur ferè expressa D. Augustini, &c. (& iterum) Quod hoc sit mens Augustini declarant verba, qua subiungit, &c. Sanctum Augustinum, ut de morte habet, sequitur S. Thomas 2.2. quæst. 62. artic. 5. ad 2. illis verbis: Er quia etiam ille, qui accipit, contra legem accipit, non debet sibi retinere. *Nihilominus ipse concludit pro opinione contraria, & communis Thomistatum, quam retulerat, dicens: *Ultima sententia est valde probabilis in præxi, nec constat clarè, esse contrariam Sancto Augustino, aut Sancto Thomæ. *Exponitque cum Mag. Soto, D. Thomam intelligentem, quando lex civilis exprimeret non transferendum dominum, aut quod restituatur, si petatur. *Fundamentum prioris partis (inquit) est: quia hæc crimina etiam contra iustitiam sunt pretio estimabiles, quia non sunt quid spirituale, aut supernaturale, sed actiones liberae in utilitatem ejus, qui dat premium, & in periculum ejus, qui profert iniquam sententiam: ergo pactum inter ipsos est validum: leges vero, quae reprobant conventiones prædictas, non faciunt inhabilem recipientem premium, neque impediunt dominii translationem, quando res ipsa pecunia estimabilis est. *Haec tenus M. Prado.

15. Verum hic auctor ad auctoritatem D. Augustini, quam contra suam & communem opinionem adducit, nil responderet. Posset tamen, mutuatis verbis sapientissimi Patris Gabrielis Vazquez in operibus D. Augustini evolvendis, & exponendis diligenter: qui opus est, dicitur cap. 7. dub. 4. n. 28. sic ei satisfacit: *Sed oportet respondere ad illud Augustini

in Epist. 54. ad Matedoniam, quod pro se citat Adrianus: & sane legi Augustinum, nescioque, an aliquam dignè patiatur glossam, nisi quod ibi de confilio sanctus loquatur: aut si loquitur de præcepto, forsitan loquebatur secundum leges positivas, si quæ erant de hac eis suo tempore; sed intralimes juris naturalis ratio Navarri hanc suam opinionem probabilem fecit. *Si Vazquez, & ex illo Eminent. Cardin. de Lugo tom. 1. de iust. disp. 18. sect. 3. n. 55. & Illust. P. Mag. Arauxo supradictum. 19. ubi sicut ait: *Augustinus aut loquitur non secundum ius naturale solum, sed secundum leges positivas humanas, quæ forte eo tempore tales conventiones turpes irritas faciebant. Aut loquitur de obligatione restituendi, in foro judiciali.*

16. Hæc inquam auctoritati D. Augustini responderem posuisse M. Prado sequutus doctissimum Partem Vazquez. Sed hunc obiter legisse, ex duplice capite, mihi suadeo, Primo, quia nam. 48. illi imponit, assernisse, *suam opinionem esse contra D. Augustinum, & gloriari, se ab isto recedere: *quod prius falso est, ut vidimus. Secundo, quia auctoritas D. Augustini adducitur ab Adriano, & ab aliis (ut videtur licet apud Lugo) ad probandum, iure naturæ debere restituiri acceptum pro iusta sententia. Quod inde suadent, quia Augustinus paritate justæ sententiae usus fuit, dicens: *Cum autem iudicias & testimonia (qua nequa, nec vera vendenda sunt) iniqua, & falsa venduntur, multo sceleratus pecunia sumitur, quia sceleratè etiam, quamvis à volentibus, datur. *Quibus non obstantibus, quod solo iure naturæ attento, pecunia accepta restitui non debet, dicit ipse M. Prado videri certum quæst. 5. titata num. 28. *Secundo (inquit) videri certum, quod solo attentione iure naturæ, nulla ex hujusmodi conventione oritur obligatio restituendi. *Quod quidem verissimum est, post crimen patratum: iustus antea, de quo solum easlo loquitur Augustinus ubi supra, ut docent communiter Thomistæ, & ejus verba præferunt. Tum quia pro iniqua sententia famata, iure naturæ, nec datur, nec sumitur sceleratè pecunia, sicut nec pro adulterio, nec pro homicidio commissis. Tum quia restitutionem, quamibi indicit Augustinus in iusto advocate, cuius iniqua operæ, iusta sententia lata fuit, non de præcepto, sed de confilio procedere, indicant ejus verba, quæ sequuntur. *Verumamen (inquit) si iustitia incertius consulatur, iustius dicitur advocate, reddere, quod accepisti, quando contra veritatem steti, iniquitat adfueristi, &c. *Ubi cum hoc iustus dicat, iustum supponit esse contrarium, et si ut perfectius advocate id consular, sicut & iudicii consulendum. Nec obstat, quod Augustinus dicat, quid debet hoc facere: nam verbum debet, solū importare consilium, tradunt doctissimi Dominicanæ, ut alibi notabimus.

17. Non me later, M. Sotum libr. 4. de iust. quæst. 7. artic. 1. Secundus ergo modus, traditam hucique doctrinam de pretio accepto pro aliis delictis defendantem, excipere illa. *Quæ habent annexam injuriam contra iustitiam. Non quod actiones illæ (inquit) puta hominem occidere, aut sententiam in tuum favorem profere, non sunt naturæ sua pretio estimabiles, sed quia actiones injuriæ sunt, &c. Lex fecit eum inhabilem ad recipiendum, in odium delicti, quod est contra iustitiam, & id est nullum acquisivit dominum. Quando vero delictum non est injuriosum, optimè transfertur dominum. *Sic ille. Verum in hac parte non sibi constat, quia ibidem §. Majus autem, ipse defendit, acceptum ab adultera

non esse constituendum, cum tamen adulterium sit delictum injuriosum, & contra justitiam. En eius verba: *Sed sunt puella, aut maritata, quae semel, aut bis collabuntur, de his etiam est major apparentia, quod non possint preceum recipere, sed teneantur ad restitucionem, &c. Nihilominus & illis quoque licet, preceum recipere, tenebiturque in foro conscientia, qui illis promisit, solvere. Et ratio est eadem S. Thomas: nam licet flagitia sint lege verita, datio tamen non est prohibita, & ideo juri naturali standum est. Quo utique jure, concessio illa corporum estimabilis est pecunia. Uxores autem in peccatum sui criminis prohibentur ad quod sito pretio: sed tamen ante condemnationem jure naturae illis debetur. *Hacenus Sotus. Ex quibus deducitur, inconsequenter loquutum ubi supra, dum dixit: delicta contra justitiam jure positivo reddere inhabilem ad adquirendum dominium, alias uxores, ante condemnationem tenerentur acceptum restituere: nec eis, senecte posita lege (quam supponit M. Sotus) inhabilitante ad acquisitionem, jure naturae preceum promissum deberecur.

18. Præterea absque fundamento id assertuit: tum quia Doctores communiter contrarium tenent, ut vidimus: tum quia ipse net Sotus, in his legibus expoundit, non maiorem fidem sibi arrogat, quam in aliis, quas adducit in 4. dist. 41. quast. unica, art. 4, circa hereditatem relata, seu donationem, factam a patre filii spuriis: quas quidem leges reliqui omnes Doctores se, per intellectum, & receperunt absque ulla limitatione, ut inhabilitantes, & impedientes translationem domini. Ipse tamen Sotus alter explicat, dicens: non reddere inhabiles filios sacrularium, sed Clericorum, & Religiosorum tantum. *D. scrimen est, inquit, inter filios ex adulterio sacrularium, & filios Clericorum, quod licet utriusque preventur hereditate, non tamen proflus & qualiter sunt inhabiles ad sufficiendum: & ideo si pater adulteri secularis carens legitimamente relinquat bona sua filio spurio: quamvis fiscus possit adjudicare: nihilominus lex illa penaliter est: & ideo quousque filius condemnatur, potest illa bona absque culpa possidere. *Hæc Sotus ubi supra partio sibi contrarius, & retrahens, quæ in dubio ex legibus Hispaniae tradidit, libr. 4. de Injust. quast. 5. ad 4. nimur filios spurios, etiam secularium, esse inhabiles per leges: Ad succedendum jure hereditario in bona paterna, &c. non vero extra testamentum. Ergo pater (inquit) extratestamentum bona sua donans, non facit contra rigorem legis, quia lex penaliter tantum ad id obligat, quod sonat. *Hæc Sotus, cuius sententiam erroream esse dicunt Rojas in epitome success. p. 6. num. 144. & 145. Sed ego à censura abstiens sic urgeo: ergo heut in his legibus expoundit Sotus audiendum non est, ita neque in aliis, de quibus supra. Id est quoad leges spuriorum: ejus explicationem excusat M. Perrus de Ledelma in Addit. ad 3. part. quast. 68. art. 2. conclus. 2. prope finem, his verbis: *Sed licet Sotus sequatur fuerit illam sententiam, non mirum est, quod in re, quæ pertinebat ad ius Cæsareum, & Regium erraret, non consilens Jurisperitos, & ius plumbi. In nostro autem casu (est) vice versa: idem fere illi contigit; nam quem leges non redditum inhabilem ad acquisitionem dominii, sua ille propositione reddere, tentavit.

19. Unum vero in hac parte certissimum est, tam judicem, quam advocationem, vel teltem iniquum teneri recte parti laice damnum illatum, nisi clientem ad illud resarcendum inducat, & persuadeat. Quod melius fieri non posse, existimat Augustinus

ubi supra, quam si suscepit suo discipulo scriptum, qui mihi, cum tibi male adesse, dedit, & redde aucto-
ratio tuo, quod, me a gente, inquit abdulat.

20. Hæc dixisse sufficit, ad ponam libri capitulo
nem Lessi sanguinis: & ut lectoribus innocenter
quia scientia, qua prudenter, qua eruditio, poller
debeat, qui alienas opiniones censurare tentat,

Q V A E S T I O III.

*An Indices, & alii Ministri publici
teneantur restituere munera,
beraliter à litigantibus
donata?*

S. I.

Doctorum sententia.

I. **N** Egativæ sententia invidim conllari. M.
Joannes Martinez de Prado tom. 2. Thol.
Moral. cap. 17. quast. 5. §. 7. ubi Patti Nolas
Cardin. de Lugo, & alii, non levius in juri 4. impedit
quod docuerint, leges Castellæ inhabiles reddere
judices, & alios Ministros ad munera liberaliter ei
oblata recipienda: non tamen tenet senecte accepta
restituere. Sed valde miror, virum doctum, enti-
tum quæ eos non legisse. Ut ergo enim expressum
negat, leges Castellæ inhabiles reddere judices recipienda munera; inde quæ ab obligatione redi-
cti de ante condemnationem extinxunt, ut ex dicto constabit.

2. Igitur doctissimus Pater Molina loco 2. MP-
do citato, nempe tom. 1. de Iust. tr. 2. dist. 28. impo-
nit primò, ejusmodi: donationes, secundum etiam leges
positiva, quæ eas prohibeat, & si pere fieri, & acceptio
peccato, vel proper scandalum, vel propter perti-
culum perversio[n]is justitiae, vel quanon habent
cum voluntaria ex parte donans, quantum factum est
transferendum dominum. Interdum tamen iniqui
juri naturæ stando, *posse fieri, & accipi in illa
peccato, ut quando examinatio datur aliquid mis-
stro publico, etiam si amici habent orationem ei
quod sit minister publicus: aut quando ex gratia
ne, & gaudio re justè obiecto, aliquid ex mercili-
tate illi datur. In ejusmodi paucis donatione-
bus, nil virtutis ex natura rei conspicio. *Hæc Molina

3. Ex quibus sit; jure naturæ, exclusa leges poli-
va, quæ ministros reddat inhabiles adquiri do-
mini, re ipsa illud adquiri, & consequenter am-
sententiam judicis non tenet, munera liberaliter
eis donata restituere: quia collocatio ejusmodi
vera donatio, & spectato jure naturæ, integrum
eu q; dominum vel suæ sponte in altera trans-
fere. Unde fit, ejusmodi donationes validas esse, & tran-
sativas dominii: si alunde non confit, esse involu-
tarias. Tales autem communiter reputari, quando
lite pendente sunt, eo quod ligantes fibi suadentes
Judices, & officiales non praestituros, quod expli-
cita tenentur, tradit Thomas Sanchez lib. 3. cap. 1.
unico, dub. 2. num. 24. fol. 404. cum M. Soto, Sandi-
val, & Mercado. Ita etiam, & merito docent com-
munitati Thom. St. quos citatos sequitur M. Perrus
de Ledelma tom. 2. Sum. tr. 2. 8. de Iust. commun. cap. 2.
conclus. ii. S. Digo lo quarto, Secus vero de donatione

bus post finitam item, runc enim voluntaria sunt.
*Quando despues de acabado el pleito (inquit) y que no se espera, que ha de ayer otro, se dà algo liberalmente á los tales oficiales; la tal donacion es voluntaria, y valida, estando en derecho natural, desuerte, que no ay obligacion de restituir lo que les dieren. Esta ensenna Orellana, y comunmente los discipulos de Santo Thomas. La razon es, porque en tal caso cessa la razon de ser involuntaria la tal donacion; luego es voluntaria, y por configurante passa el dominio. *Sic M. Ledelma cum reliquis D. Thomæ discipulis, quos sequitur Molina ubi supra.

4. Supponit secundum P. Molina, de facto judices peccare mortaliter, accipientes munera. *Quia propter mala, & dama (inquit) quæ ejusmodi donationes haberet solent, adjuncta, jure optimo, lege positiva prohibentur: estque in Principe potestas, ut ipso jure nullas eas reddat (non dixit redditisse, ut male intellexit Prado) ita ut in foro conscientia reneatur accipiens restituere, quæ ita accepit, nulla expectata sententia. *His ita constitutis, controversia est, inquit P. Molina, *utrum quæ accipiuntur, ejusmodi donationibus validis, spectato solo iure naturæ, obnoxia sint restitutioni in foro conscientia nulla expectata sententia, eo ipso, quod accepta sint contra præscriptum legi humanae? *Hic est difficultatis cardo, in quo partem affirmativam nonnulli tuentur, quod in ea sint sententia, quod quando lex prohibet acceptiōnē aliquam, efficit accipientem *incapacem rei*, quam prohibet accipere, redditque collare, talis rei inhabilem ad transferendum dominium. Sic à nonnullis traditum refert Molina, advertens multos Doctores, hanc sententiam tribuisse Soto: & eam ampliari Joannem de Medina Doctorem Complutensem, & M. Bart. de Medina Ordinis Prædicatorum.

5. Ipse vero Doctores citatos impugnat, & contraria tuerit ex illo principio apud Theologos sati trito; posse, scilicet, acceptiōnē esse prohibitam, quin accipiens fiat inhabilis ad dominium adquirendum. Multisquæ suadet, in praesenti, id contingere. *Mihi, inquit, contraria sententia placet, nempe, quod licet peccent, qui contra præscriptum legum, ejusmodi donationes accipiunt, perjurique sint, si jure jurando ad eas non accipendum se astrinxerint, ut in hoc Regno (Lusitania) ministri publici se adfringunt, & judices omnes, ac Tabeliones in Reino Castella, &c. Nihilominus donationes, de quibus loquimur, esse validas, neque confurgere obligacionem restituendi ante latam sententiam. Moxveor, quoniam ejusmodi donationes, seclusa legi humana, validas sunt, &c. In primis lex non dubium, C. de legibus, eas validas esse, non impedit, deinde leges Lutitanie non redditur invalidas: etenim solum prohibent, ne judices ejusmodi donationes accipiunt, &c. *Et infra. *Leges etiam Castellæ non plus redditur invalidas ejusmodi donationes in eo Regno, quam Lutitanæ leges in hoc: etenim l. 5. 6. l. 3. nova collectio tit. 9. solum prohibent, ne judices ejusmodi donationes accipiunt sub pena amissionis officiorum ipso facto, & ut solvant, quod ita acceperint, & duplum fisco regis, &c. Quæ pena locum non habet ante latam sententiam. *Et infra ad argumentum pro parte contraria adductum, negat prædictas leges efficere accipientem *incapacem dominii rei*, quam per ejusmodi donationes accepit: quia licet in Principe, inquit, sit potestas ad hunc effectum, *necessaria est, ut constet, id sua lege intendisse. *Quod in

praesenti non constare contendit. Ex quibus aperte constat de impostura M. Prado.

6. Patris Molina sententiam ex eodem fundamento defendit Villalobostom. 2. tract. 18. diff. 5. ubi loquens de his legibus, inquit num. 11. *Bannez, y Pedro de Ledelma dizen, quos presentes, y dadiwas ay obligacion de restituir; porque con esta condicion tacita de que guarden el aranzel, les dan el oficio, &c. Mas á esto se responde facilmente, que aqui no ay tal condicion, sino queledan el oficio, sujeto á las leyes del, pero no por ello le impiden la translacion del dominio, pues la ley no lo dice. *Et infra: *Estas leyes no irritan lo que se haze, sino que señalan la pena.

7. Pro eadem militare videtur Vazquez opus. de restit. cap. 7. dub. 5. n. 60. ibi: *Unde colligo, ut supradiximus, quod quando aliquis est inhabilis ad recipiendum munera, non potest acceptum retinere. Sed non facile constat, an judices inhabiles sint ad dona recipienda: in legibus enim solum continetur prohibicio recipiendi, que non sufficit. Et in nostro Regno solum circa Secretarios, vidi legem, que ipsos inhabiles facit ad recipiendum munera, l. 1. tit. 18. lib. 2. nova Recopil. imò & ad pœna solutionem (obligare ante sententiam) quamvis quoad hoc non observetur. *Et expressius l. 2. diff. 16. 4. cap. 3. n. 17. ubi sic ait: *In nostro Regno prohibiti sunt aliqui ministri Regis munera recipere, ex quibus eos solum (attende) ad restitutionem obligamus, qui ipsa lege inhabiles efficiuntur, ut recipient: eos verò, qui solum prohibentur simpliciter absque decreto irritante, non obligamus ad restitutionem. *Et iterum rationem reddens numer. 21. & 22. *Quoties actus alius certi generi personarum prohibetur, intu: tu virtutis Religionis, aut liberalitatis contra avaritiam, vel alterius virtutis, quam justitia, actus firmus est, & adquisitum per illum non est obnoxium restitutio: nisi lex alia explicet, &c. Hujusmodi existimo esse leges, quae prohibent, ne Clerici exerceant quædam genera negotiorum, &c. Ejusdem rationis sunt (attende) leges, quæ prohibent, ne ministri Regis accipiant munera gratis oblata: à certo quodam genere personarum, &c. *Quod probat, dicens: *Id, quod accipitur contra legem prohibentem hoc modo, non esse acceptum contra justitiam, ac proinde neque contra justitiam reueneri. Quod autem non est acceptum contra justitiam, non est obnoxium restitutio: ut manifestum est. *Sic P. Vazquez,

8. Hanc sententiam ex fundamento Patris Molina tenet etiam cum aliis Diana p. 6. tract. 6. Miscell. resol. 59. in fine, ibi: *Nota hic obiter, judices, & ministros publicos, accipientes munera sola legi positiva sibi prohibita, non esse obnoxios restitutio: in foro conscientia, nulla expectata sententia, quando data fuerunt ex mera liberalitate, aut ex gratia, & gratitudine. Ita docent Molina tom. 1. diff. 88. & Fagundez loco citato (nempe in Præcep. Decalogi tom. 2. lib. 8. cap. 27. n. 9. Quidquid in contrarium afferant Sotus, & Sylvester. Quia hæ donationes, seclusa legi humana positiva eas prohibentem, validæ sunt. Sed leges positivæ tam juris communis, quam aliquorum Regionum, licet illas prohibeant, non illas invalidant, ergo non tenentur judices illas ante latam sententiam restituere. *Sic Diana. Ubi ut patet ex ejus verbis, donationes (de quibus supra) jure positivo prohibitas fatetur: atque adeò, dum afferit, judices posse recipere munera eis collata ad allicendum animum ad justam ferendam sententiam, aut ex

merita

mera liberalitate (pro quo 3. p tract. 6. Miscell. resol. 4. adducit Joannem Franciscum Suarez, referente Molinam, Medinam, & alios) intelligendus est de jure naturali, secluso positivo prohibente. Sicut & Molina, & Lessius loquuntur. Quibus tamen tract. 5. Miscell. resol. 45. impoluit, afferuisse, judicem posse licere recipere munera, si dentur, ut majorem diligentiam adhibeat, quam tenetur: vel ut afficiatur magis ad expeditendum intra iustitia limites negotium in favorem dantis. Pater enim Molina, ut supra notavi, expressè afferit, hujusmodi donationes, & acceptio-nes propter mala, & damna, quae adjuncta habere solent, jure optimo lege positiva prohibiti. *Pater etiam Lessius loco citato a Diana lib. 2. cap. 14. dub. 9. nu-
m. 64. solum excusat ab obligatione restituendi, non à peccato, ut advertit Card. de Lugo tom. 2. de iustitia, disp. 37. sect. 11. num. 132. & seqq. Quapropter, mali fine, ab Antonino Diana citantur pro opinione illos excusante à peccato, atteuto etiam jure positivo.

9. Cum Molina, & Vazquez sentit Cardin. de Lugo supra disp. 37. sect. 11. citata. Putat enim, ejusmo- di leges prohibentes receptionem munierum, & adji- cientes pœnam, & obligantes in conscientia ad solutionem pœnae, & ad restituendum munera (etiam si ad- dant ante judicis condemnationem) non obligare ante declarationem juridicam criminis. Sic cum alii tradit. num. 134. & ad argumentum contraria senten- tia, nimirum, quod donatio illa facta contra legem probabitur, est nulla, & per consequens non transfrat dominium munera in accipientem. *Re- spondet n. 135. negando antecedens, & exponendo cum Patre Molina l. non dubium, C. de legibus, ex qua id deducere conantur adverteri.

10. Hæc auctorum loca diligenter concessi, ut ex illis magis innotescat aperta impostura M. Joannis Martinez de Prado, qui, ut supra nota vi, absque ullo prorsus fundamento illis impegit, quod docue- riāt, judices & alios ministros Regis, per leges, rediūt inhabiles ad receptionem munierum, & incapaces dominii, & tamen simul defendant, ad restituendū non tenari, quod, ut patet ex dictis, prorsus fal- sum est, quia, ut eorum verba clamant, incapacita- tem, seu inhabilitatem ad dominium adquirendū negant, & ex hoc principio probant, non teneri jure positivo restituere ante sententiam judicis.

11. Doctores alii, quos sequitur Thomas Sanchez lib. 3. consil. cap. unico, dub. 1. leges (de quibus supra) expontes, sic distinguunt. Sunt nonnullæ, quæ universaliter loquentes, dicunt: Non reciban, no tomen por si, ni por otra persona: &c. Et istæ, inquit, tan- tum prohibent receptionem, & illicitam reddunt. Sunt leges aliae, quæ strictius loquentur, dicentes: No puedan recibir por si, ni por otra persona, &c. Ethæ, in- quiaunt, reddunt recipientes inhabiles ad recipien- dum, & dantes ad transferendum dominium, & ideo inducent obligationem restituendi acceptum: quia acutum reddunt ipso jure nullum, ut docent communiter Theologi, quos Sanchez refert num. 26. Hæc autem leges sunt lib. 56. tit. 5. lib. 2. nova Recopil, ubi di- citur. *Que el Presidente, Oidores, Alcaldes de Au- diencias, & de Cortes, Alcaldes delos Hjofidalgos, Notarios, Juez de Vizcaya, Relatores, Escrivanos de Camara, Procuradores fiscales, y otros Escrivanos delos dichos juzgados, no puedan recibir por si, ni por interposita persona preientes, ni dada alguna de qualquier valor que sea, ni cosas de comer, ni beber, de Concejo, ni de Universidad, ni de persona alguna, quertrarate, o verisimilite se elpera, que tra- tar á pleito ante ellos, durante sus oficios, ni lo pue-

dan recibir mugeres, ni hijos en poca, ni en mucha cantidad, direcde, o indirecte, ni los Letrados, ni Procuradores de pobres. *Idem decernulat art. lib. 9. nova Recopil, de Quætoribus & Adu- bus, & alios officialibus, ibi: Ningun Contadu- dor, ni menor, ni Oidores, ni notables del dho Contaduria, no puedan recibir davia, ni preste de ninguna persona, que tenga, o sefere, que re- similmente tendra negocioante alguno deles, aque- sea cosas de comer y beber, y aunque sean his- cidos los negocios. *Reliqua auctem Hispanie gen- que cum hoc rigore non procedunt, licet abdol- prohibeant judicibus, & alios ministros, ven. gac- Praetoribus ordinariis, & Receptoriis civitorum mu- nerum receptionem, dicentes. Notidian. ex. non reddunt, inquit, inhabiles ad recipiendum, licet contra prohibitionem receperint, non re- nebuntur restituere. *Huic sententiæ (inquit San- chez) faveant Covarruv. Sylvestro, Navarro, Ang- lus, Palacios, Monaldo, Cajetanus, & Medina Hen- riquez, & alii viri docti, quos ego consului. Edictum probabilis, & satis colligitur ex Nayaralib. 2. art. cap. 3. nu. 14. & 15. Unde inferunt, Auditores Regis, & alios judices non teneri restituere munera, quia- do ei receptoribus, qui modo item non grata, nec gesse, nec in proximum creditur gallinas. *Haec tenus Sanchez: quibus duas sententias oppo- sitas supra relatas maritare contendit,

S. II.

Authoris judicium quoad obligati- nem restituendi.

12. **N**ihiolomius, prædictas leges non conser- vant inabilitatem ad recipiendum, ideoque do- dices, & alios Ministros Regios, numquam senti- ante judicis sententiam inmunera liberaliter es- donata restituere, mihi probabilius est, propera- menta Patri Molina, & aliorum, quos sopri citantur. Quibus addit Verricelli. tom. 1. quest. mord. nu. 2. quest. 4. n. 2. apud quem Pandanus, Lyean, S. Sie- fitus, Petrus de Navarra, Reginaldus, Navarus, Ve- ja, Henriquez, Angles, Perez, Fagundez, Diana, & alii. Probarunt, quia quilibet, adquirit dominium liberè donata, nisi à lege fiat incapax ad de- dum dominium. Judices autem, & alii ministri in lege incapaces sunt, ut constat ex Molina Subiecto Verricelli ubi supra, & bene quidem: quid si lex ob- qua obligat ad restituendum rei donaz, etiam non sententiam: id intelligendum antecedentiam, quia ad talen pœnam damnetur, non vero ante senten- tiæ declaratoriam criminis, ut de similibus fagi- bus docer Sanchez in Sum. lib. 2. cap. 12. nu. 20. Aliud autem est, expressè fieri incapacem dominio de- nata. *Sed etsi (inquit) jure aliquo municipaliter imposuit, et illicitam legesque quam cum eo rigore fuerint usu recepta, aequo- ed quoad hanc partem cenfent abrogata, ne- obligant in conscientia, ut recte docet Salón. a. quest. 71. art. 4. in fine. Lugo de inst. disp. 37. 1. 14. Q- recte ait, satis id patere ex communis præconitione judicium, etiam timoratorum, qui in unquam ei me- nera restituunt, nequa confessatis ad id obliga- tur. *Haec tenus Verricelli. Que sunt validæ oc- tanda.

13. Quoad Secretarios vero major est difficultas, quia efficiunt juramentum solvendi pœnam legi impo-

impositam restituendi quadruplicatum, quod accep-
perint. Ergo ratione istius juramenti tenebuntur.
Verba legis sunt lib. 1. tit. 18. libr. 2. nova Recopil. * Man-
damos, que ningun Secretario reciba dadaiva, ni pre-
sente, ni agradecimiento de persona alguna, aunque
sea cosa de comer, &c. sopenas que lo tomen con el
cuatro tanto la primera vez, y por la segunda no usen
del oficio, y que juren de assilo guardar, y pagar las
penas, en las cuales los condenamos desde agora (at-
tende) por manera, que sean obligados in foto con-
scientia a pagartas, sin que mas sean condenados en
ellas. * Ex quibus duo videntur necessarium inferri, &
peccare, si in una recipiant, ratione juramenti, &
teneri ad ea restituenda modo dicto, ante senten-
tiam judicis. Et ita cum pluribus tradit Thomas
Sanchez libr. 3. consil. cap. unico, dub. 1. num. 5.

14. Ceterum alii doctissimi, quibus adhaereo,
consent, posseretinere donata usquead sententiam
declaratoriam criminis, quia lex non dicit, teneri re-
stituere: neque ad id ex juramento, neque ad penas
solutionem se obligant, nulla expectata sententia,
sed solum non expectata condemnatione, sin que mas
condenatos a elles. Ergo ante sententiam declarato-
riam criminis, nulla erit obligatio restituendi. Ita
Santae delegibus lib. 3. cap. 7. nu. 8. Rebello, Salas, An-
gels, Perez, Navaria, & ali, quos citatos sequuntur
Card. de Lugo de Inst. disp. 37. scđ. 11. n. 134. & seqq. Ver-
ricelli tom. 1. tract. 3. quest. 3. Quibus faciunt, que con-
gerit Diana part. 11. tract. 6. resol. 47. & tract. 8. resol. 21.
§. Sed ex his oritur pulchrum dubium, & M. Hyacinthus
Donatus in praxi resolutoria rerum Regul. tom. 1. p. 2.
tract. 15. quest. 25. Ubi probat, exceptus censurus, nul-
lam poenaam incarri ante sententiam declaratoria-
m criminis. Quibus in simili facit P. Thomas Sanchez
libr. 4. de Matr. disp. 9. n. 2. ubi sibi objiciens legem
quandam, sic responderet. * Lex ultima sine tit. 14. p. 5.
dicens surpiter accipere aliquem ne acculer, subdit.
Por ende decimos, que debetur tornar lo que aus recibid, sed
dic esse poenalem, quare solum subsequitur sententia
teneri recipientem restituere. * Sic Sanchez de extor-
quentie pecuniam, ne alterum, quem justè poterat ac-
culet, qui legibus restituere obligatur; sic & nos cum
aliis de Secretariis, qui lege ad quadruplum resti-
tuendum adstringuntur.

§. III.

Quid quoad culpam?

15. A N vero sint aliqui casus, in quibus non so-
lum ab obligatione restituent, sed etiam a
peccato excusentur judges munera liberaliter dona-
re recipientes? Respondet affirmativè Verricelli su-
pra q. 2. à nu. 6. ubi plures authores recenset. Quibus
adhaeret a peccato judges munera recipien-
tes in sequentibus casibus. Primo, quando ex-
traordinarium labore, ad quem non tenebatur
prestatisset. Secundo, quando recipieret non ratione
officii, seu tanquam iudex, sed ex amicitia, quamvis
amicitia ex officio oriaretur, ut ait Molina supra nu. 6.
Tertio quando donans ex dignitate sua persona me-
rito conquereretur, tanquam de injuria ibi facta, si
donum recusaretur. Vel quando post sententiam,
nullatenus pravia promissione, ex gaudio, & grati-
tudine rei justè obtentæ, liberè donaretur. Quartò
quando recipere esculenta, & poculenta, que grandia
non sunt, id est, que paucis diebus consumi possunt,
aut que, attenta qualitate dantis, & recipientis, non

reputantur magna. Quintò, si humanæ leges, sive
communes, sive municipales, receptionem munera-
rum prohibentes, per contrariam consuetudinem
sint abrogata, vel non sive uita recepta à populo. Ut
autem tanquam usu non receptæ non obligent, non
requirantur decem anni, sed sufficit (ait Verricelli)
quod populus pluribus a cibis legem non servet, ut
duobus, vel tribus a cibis, quamvis lex paulò ante
publicata fuit, scientiam, & tolerantem Prince-
pem.

16. Ex quibus deducit, & meritò, ut in nostro ca-
sulex prohibens munera dicatur non recepta, suffi-
cere, quod major pars litigantium liberè offerat mu-
nera, & judices palam recipient, neque puniantur.
Nec obstat, quod officiales jurent, servare pragma-
ticam Regni. Juramentum enim intelligitur de uia
receptis, seu quatenus sunt uia recepta, non autem
dealis. Deniq; excusaretur iudex munera recipiens,
quando constaret, salarium, vel pretium à lege taxa-
tum non esse justum. In his igitur casibus (ait Verricelli
supra cum aliis, quos citat) nec ratione legis po-
litice prohibentis, nec ratione juramenti, pec-
care judices munera liberè donata recipientes
quia iuramentum est accessoriū, & idē sequitur
principale. Unde quoties lex ex aliquo capite obli-
gare desinit, cessat etiam juramenti obligatio, ut do-
cent communiter Doctores apud Diham 2. p. tract. 3.
Miscell. resol. 6. & apud Sanchez in Sum. lib. 3. cap. 14.
nu. 8. Verum non nulli ex his casibus expresse prohi-
bentur in legibus supra citatis novæ recipitationis.
Unde si contraria consuetudine abrogata sint, vel
alii unde non obligent, vim suam modo retinete, du-
bitandum non est.

§. IV.

Duplex obligationis effugium.

17. R ationes dubitandi proponam, ut alii judi-
cium ferant. Primalit: leges istas fundari in
præsumptione corruptionis, ut legit P. Vazquez
opusc. de restit. cap. 7. dub. 4. n. 29. ibid. Cum leges prohi-
beant, munera dati iudicibus, nemunetibus corrup-
ti, iustitiae obliuiscantur, * & dub. 6. n. 59. dicens: * Alii
ministris prohibetur recipere munera ab his, qui
negocia habent apud ipsos, vel speratur habituros,
(attende) ne vel modò, vel in futurum corrumpan-
tur, quia alii ministri corrupti possunt, ut iniquè of-
ficium exequantur. Advocatis prohibetur, ne recipiat
a litigantibus munera in fraudem, si pediri, non quia
in illis timeatur corruptio, &c. * Ergo cessante præ-
sumptione corruptionis, vel fraudis, poterunt libe-
raliter donata recipere. Id è ita sicut Menochi usq; consil.
3. 42. nu. 38. & in comment. de Presumpt. lib. 5. presump. 8.
dum tradit, judices post latam sententiam, posse re-
cipere munera gratis oblata: * Quia recipiendo (in-
quit) munera post latam sententiam, cessat suspicio,
& causa corruptionis. * Leges autem in præsumptione
fundatas non obligare, si in aliquo casu præsum-
ptio deficiat, tenent Sylvester, Sotus, Ricardus, Ad-
rianus, Castro, Navarro, Covarruv. Baldo, Panor-
mitano, Felinus. Decius, & alii apud Suarez lib. 3. de
legibus cap. 23. num. 1. Quibus adde Sanchez de Matrim.
lib. 7. disp. 37. num. 9. Satis de legibus disputation. 10. scđ. 4.
Item Valerum, Rodriguez, Homonovum, Lorcam,
Vazquez, Valentiam, Montefinum, M. Arauxo, &
plures, quos citatos sequuntur Thomas Hurtado
tom. 1. resol. moral. tractat. 4. cap. 8. resol. 57. num. 713. &c.
Diana

Diana 1.p. tract. 10. de legibus, resol. 27. unde Molina diff. 88. citatum. 12. licet peccatum mortale ratione iuris iurandi semper intervenire existimet. * Si tamen (inquit) iurandum secludas, quando peccatum lethale esset, aut veniale, expendum esset expericulo perversio[n]is justitiae, aut scandali, quod inde imminet, &c. * Quibus faciunt Doctores, qui explicantes clausulam illam gratis ubique in dispensationibus apponi solitam, qua prohibentur ministri munera recipere, assertur: illa solum prohibet, que animum judicis corrumperent. Ita Gutierrez de Maturim. cap. 18.1 num. 2. Homobonus, & alii, quos citatos sequitur Diana part. 4. tract. 4. resol. 8.4. Cujus ratio alia esse nequit, nisi quia tu alii munera cessat legis presumption. Ergo in nostro casu quoties haec celeraverit, prohibito non subsistet.

18. Secundario est, quia plures Doctores asserunt, cessante fine legis in particulari, legem cessare. Ita Scaccia tract. de commerci. §. 1. quest. 1. nu. 511. Navar. in Rubrica de iudicis, nu. 7.4. Mexia de taxa panis, con. 2. à n. 29. usque ad 36. Henrique lib. 11. cap. 17. nu. 2. & lit. O. Comitus lib. 7. respon. q. 1. n. 10. Soula Clement. VIII. de large. muner fundam. 3. Megal. 2.2 lib. 2. cap. 7. q. 22. n. 33. Granados 1.2. controv. 7. tract. 3. p. 1. diff. 15. sect. 2. quos citatos, & sequitur Diana p. 1. tr. 10. resol. 28. Quibus addetur iterum ipsu[m] Diana p. 7. tr. 10. resol. 33. Camaruel in Regal. S. Benedicti, diff. 5. n. 50. Machado rom. 1. sum. lib. 3. p. 4. docum. 4. n. 12. Portel in Respon. Moral. p. 1. casu 21. n. 8. & probat ex optimo texu cap. cum cessatione Appellat. Finem autem harum legum esse, vitare corruptionem iudicium, tenet ultra citatos Thomas Sanchez in consil. lib. 3. cap. unico, dub. 1. nu. 20. ubi cum alii docet, non esse condemnandos judices, qui à consanguinitate sine fraude munera recipiunt. * Quia in hoc casu, inquit, cessat finis legis. Ergo quando ex circumstantia periculum corruptionis, & perversio[n]is iustitiae non subsistit, licetum erit iudicibus, & aliis ministris iurisdictio[n]is, recipere munera liberaliter donata.

19. Ex alio etiam capite posset aliquis predictarum legum vim infringere, nimimum, quod leges penales etiam morta, quia aliquid prohibeant, permaneant imponentes transgressoribus, non obligant in conscientia: secundum Navarrum, Gomez, Joa[n]em Andream, Marcham Meteflam, Scevolam, Deciu[m], & alios, apud Villalobos in sum. tom. 1. tract. 2. dub. 22. n. 6. & probabilitate putant Filiuci, & Azois, & cum Valencia, Diana omnes citant tract. 10. de legibus, resol. 20. Leges autem istas esse penales, tradunt Molina tom. 1. tract. 2. diff. 88.9. Leges Castella in medio, ubi sic: * Quod etiam d[icit]ur aliqui ex Doctribus, cum quibus disputationis, leges videlicet illas non esse penales, fallum profecto est, ut ex forma earum est manifestum. * Et absolu[n]e leges prohibentes munera, esse penales, docent Gramm. Boeri, Clarus, Amod[us] de Castillo, & alii, quos citatos sequitur Menochius tom. de iuris consil. 3.2. Ergo vel probabile esse debet, non obligare in conscientia sub peccato lethali, aut offendendum aliquam saltem ex presumpsi, ex quibus per bonam consequentiam id deducitur, claudicare.

20. Ideo haec sententiam expressem ex hoc fundamento defendit novissime Fr. Leander à Murcia Capuccinus in Disquisit. Moral in 1.2. D. Thome libr. 2. diff. 5. resol. 2.4. num. 16. & sequentibus ibi: * Sed quies, aiudices recipientes munera peccant, & tenentur ad restitucionem. In hac questione dictos judices (& idem afferunt dealis iustitia ministris) peccare mortaliter, & teneti ad restitucionem, docent Sotus, Sylvester, Navarra, Thomas Sanchez, & multi alii. Contrariam tamen sententiam quoad peccatum docent

omnes, quitenent, leges penales non obligant conscientia, sed solum ad poenam postmodum iuramentum Navarro, Miranda, Villalobos, Regnado, probabilem putant Valentia, Azors, Filiuci, qui refert, & citatos sequitur Diana 1.p. tract. 10. diff. bus, resol. 17. Et licet aliqui contendant, praedictas esse conventiones proper iuramentum, & p[ro]fessionem, &c. Nullatenus conventionales sunt, id penales, & ideo stando in opinione Navarr. & diuinum suprad adductorum, non peccabunt mortali, nec etiam ratione iuramenti, quia iuramento legitur naturali auctus, solumque additum obligatum ex virtute Religionis, ergo si auctus ex tenore percaminosus, iuramentum illud peccatum non reddet. Quidam restitucionem vero non tenent sententiam iudicis, tenent Covarr. Sylvester, Angelus, Gutierrez, Navarr. Palacios, Monaldo, Alzzer, Navarra, quos omnes citatos refert Thom Sanchez tom. 1. confil. libr. 3. cap. unico, dub. 1. num. 11. o. 29. qui tenent, praeferunt sententiam illie fit probabilem ex Navarra citato. Quia licet praedictas prohibeant actum dandi subditis, & recipiendi publicis, non tenent illum annulare. Ergo cum sint in jure naturali, & feclua prohibitione punishmentum illae donationes, & acceptio[n]es sunt valide, ante letentiam iudicis non tenentur ad restitucionem praediti judices, &c. Et no[n] solum hanc sententiam, tunc Fagundez, quem citat, & sequitur Diana, era. 6. resol. 59. & utraque haec opinio est famulabilis. * Hactenus Leander, vir quidem doctissimus, & p[ro]ius, cuius opinio iudicibus, & aliis publicis ministris ingata non erit. Verum dochissimum, Sanchez, & Doctores, quos n[on] solum probant, insister refert, quia non loquuntur, quando legitur his verbis: No p[ro]cedat res[pons]o. Sed quando: Non eib[us]: ut vide[re] licet apud Sanchez locis a Leandro citatis. Unde non eorum auctoritate, sed alia probabilitas hujus sententiae ex superioris dictis tenda est.

21. Dices, praefatum excusationis caput ultimo loco a nobis adductum, valde infirmum esse, quia leges penales sicut in mixta, que aliquid prohibent, penam transgressoribus imponunt, (quales sunt que iudicibus, & aliis ministris munera liberaliter donata recipere, vetant) non obligare in conscientia, est improbable, & actori certa dignitatem Mag. Sotum lib. 1. de iust. quæst. 6. art. 5. ubi item vulgi appellat: * Sed quia vulgus, (inquit) n[on] quo colore at, legem, que obligat ad penam, non obligare ad culpam, necesse est, errorem hunc celare. * Quem imitatur M. Texeda tom. 1. lib. 1. sententia controvers. 16. ubi assertum Soi laudat, & contra riam sententiam non esse probabilem dicit.

22. Sed utique fallitur. Id, quod tektim colorem omnium exceptionem majoris compreso; Ille filius Reverendiss. M. Tapia Archiep. Hispani, fuit fabruti, olim primari Theologe professoris in Universitate Complut. Ille igit[ur] in sua doctissima Comm. Moral. lib. 4. de legibus, quæf. 10. art. 4. num. 1. & 2. ait: * Modo inquirimus, an de facto omnes leges tam civiles, quam Canonica imponentes penas temporales, obligant ad solam penam, an etiam ad quando ad culpam mortalem, aut venialem proportionate, aut levitate materiæ præcepta. In hac eti[am] validè notanda sententia Martini Navarti in Mem. cap. 23. num. 55. omnes hujusmodi leges penales humanas, etiam præceptivas, obligare ad solam penam temporalem impositam per ipsas, non ad peccatum aeternam, neq[ue] ad culpam. Hanc sententiam docente

prius lassonem, & Ludovicum Gomez, testatur Suarez, eamque probabilem censem Valentia : & Azorait, non esse omnino condemnandum, qui eam sequuntur fuerit: & Diana probabilem etiam censem. Itaque omnes hi judicant, probabile esse in praxi, non solum leges pure penales, verum etiam penales mixtas ex precepto, & pena, quæ jacent, vel prohibent, hoc, aut illud fieri, imponentes penam transgressoribus, non obligare ad culpm, sed ad solam penam, nisi certo constet, velle legislatorem obligare ad culpm. Fundamenta hujus sententiae sunt, &c. Propter tantorum Doctorum auctoritatem, & rotationum robur, hanc novam sententiam censem valde probabilem in praxi Villalobos, & ego etiam non possum non fateri esse probabilem, & in praxi securum, donec Sedes Apostolica verum diffiniat, aut declarat. Huius enim opinioni non desunt principia practicae probabilitatis, ut constat ex numero precedentibus. ^{*}Hæc M. Tapia de legibus penalis mixtis, licet contraria sententiam merito probabiliorem judicit, qualen ego etiam reputo: contendeo tamen, hanc esse probabilem, ideoquæ ne cau- mea suprà verum favere videar, fidem alienam Thomistis non suspectam interpellavi, & aliorum subiungam.

23. Nec dissentit M. Corradus i. p. q. 180. Nec M. Serra i. 2. tom. 2. quæst. 99. art. 4. dub. 2. fol. mibi 439. ubi scribitur, *De lege, qua præcipitur aliquid sub pena excommunicationis majoris non latæ, sed ferendæ sententiae, quidam ad mortale obligare affirmant. Alii negant. Mibi satis probabile videatur, quod Cajetanus in Sum. verb. Præcepti transgressor, dicit: Transgressor præcepti sub comminata pena non peccat mortaliter, &c. quoque monitus perseverat; tunc enim nptò excommunicatione dignus, peccat mortaliter, &c. Hanc sententiam tenent alii discipuli D. Thomæ recentiores. Sicille, ex quibus validum confitit argumentum. Nam si lex Canonica præceptiva, quando pena spiritualis, licet gravis, est tantum comminata, non obligat sub letali, cur obligabit civilis? quandoquidem omnes penæ temporales sunt comminatae, & nulla est, quæ ipso facto ante sententiam saltem declaratoriam criminis incurritur?

24. Hanc sententiam multis, validisq; rationibus probat Navarrus cap. 23. num. 55. Qibus motus Villalobos ubi suprà tom. 1. tractat. 2. dub. 22. num. 2. concludit: * Confieso, que estas razones me parecen muy fuertes, y esta sentencia muy probable; y porque favorece a las animas, y la tienen tantos hombres doctos, se puede muy bien seguir en practica. * Eamdem expressè tenet ex eodem ordine Fr. Ludovicus de Miranda in Manual. Prælator. tom. 2. quæst. 25. art. 18. conclus. 2. fol. mibi 259. * Nam Reges (inquit) & Principes seculares numquam expellent aut interpretati sunt in suis legibus, maximè penalis, mentem, aut intentionem suam esse, aut fusse, obligare per ipsas sibi subditas ad culpm, nec confundendo ipsi id unquam fuit interpretata, nisi simul cum eis, seu aliqua ipsarum esset aliqua lex divina, naturalis aut Evangelica, aut constitutio Canonica, ex qua id ipsum colligeretur. * Hæc ille.

25. Quibus consonat Thomas Hurtado tom. 2. Refol. Moral. tractat. 8. cap. 1. resolut. 9. num. 18, dicens: His adjunge, valde probabile esse, & tuum in praxi, quod lex penalis pura, aut mixta non obligat, nisi expressè id declaret legislator. Sic tenent Villalobos citans Navarrum, &c. Quibus ad-

junge Angelum, & Tabienam verb. Pedagium. Valentiam, & Salas disputat. 10. de legibus, sect. 9. num. 7. & disputat. 15. sect. 1. num. 17. & seqq. * Sic Hurtado.

26. Idem cum aliis sentit Antoninus Diana, part. tract. 10. de legibus, resolut. 20. ibi: * Dicendum est igitur, esse opinionem probabilem illam, quæ assertit, omnem legem penalem, sive puram, sive mixtam non obligare in conscientia. * Pro qua resolut. 18. refert Nicodemum de Florentia, & eam tenet Ludovicus Bexa i. respons. casu 13. & esse valde probabilem, si pena non est gravis, dicit Salom 2. 2. quæst. 97. art. 1. controv. 7. conclus. 3. §. Hæc opinio.

27. Stat etiam pro hac opinione doctus Machado tom. 1. libr. 3. p. 4. tract. 3. docum. 7. Ubi citans Co-varru, Menchacan, Reginaldum, & alios, inquit: * Navarro, y otros muchos Theologos, y Juristas defienden absolutamente, que las leyes penales, como quiera que sean, en ninguna manera obligan en conciencia a pecado, sino solamente a la pena, que en ellas dispone el legislador, sino expresso lo contrario, &c. Y así dice Navarro, quello tiene interpretado la costumbre, y recibido con noticia de los legisladores, y segun principio de derecho, consuetudo est optima legum interpres. Et tom. 2. lib. 6. p. 2. tr. 1. docum. 8. num. 4. ait: * Los Doctores defienden mas comunmente, que las leyes penales no obligan en conciencia, ni a mas que la pena, y esa despues de la sentencia declaratoria. * Ejusdem opinionis est Philippus de la Cruz in Pract. de decimis, §. 2. num. 5. fol. 41. ubi sic: * Tengo por cierto, que ninguna ley penal, su quebrantamiento obliga a culpa, sino a sus penas, y ello cuando se las aplican, en que vienen Castro, Cayetano, y Navarro, &c. Yaunque ay hombres de étos, que lleven la opinion contraria, pero yo no asiento a ello. Pro hac sententia stant ex antiquis plures apud Henriquez de Pontificis Romani clave lib. 4. cap. 7. num. 2. in Gloss. lit. L. & R. Et post omnes hanc sententiam tenuit Antonius de Escobar in Theolog. Moral. tom. 1. lib. 5. sect. 2. cap. 7. problem. 26. pag. 164. Cujus rationem ex aliis communiter reddit: quia legislator, qui ad penam temporalem, & æternam potest obligare, si solius meminit temporalis, non videretur intendisse obligare ad æternam. Imò & quando pena spiritualis, & temporalis mentionem facit, ad solam temporalem obligare intendere, docent non pauci apud Henriquez suprà.

S. V.

Vera sententia.

28. Contrarium nihilominus tenendum censem: Cac proinde Judices, & Ministros Regios recipientes munera liberaliter donata graviter peccare, quoties presumptio, aut finis legis non cessaverit: nec excusari posse ex eo, quod leges prohibentes, sint penales. Ratio est, quam attigit P. Vazquez 1. 2. disp. 159. cap. 2. num. 10. quia legislator humana potestatem habet obligandi in foro conscientiae, ut contra Hæreticos pluribus sacra Scriptura, Conciliorum, & Sanctorum PP. testimoniis evincit disp. 152. cap. 2. Et natura lumine edocemur, contra rationem esse, parentibus, & superioribus inlicitis, & honestis non obediere. Ergo si lex sub forma præcepti tradita sit per verba præcipendi, vel æquipollentia: nil obstat potest pena imposita, quominus vim præcepti habeat: liquidem legislator

tor utrumque simul facere potest, nempe præcipere, & pœnam imponere: ergo sicut in conscientia ligat, quando verbis tantum præceptivis uitur: ita & quando pœnam superaddit, quia haec non infert defectum intentionis obligandi, sed legislatorem ardenter intendere legis adimplitionem. Ideo hanc sententiam tenet Beccanus in *Sum. Theolog. par. 2. tr. 3. cap. 7. q. 2. n. 4.* Granado *1. 2. controv. 7. tract. 3. part. 1. disp. 4. sect. 2. num. 7.* Thomas Sanchez in *Sum. tom. 2. lib. 6. cap. 4. n. 60.* Et communem, & veram esse, inquit Vazquez *supr. disp. 159. cap. 2.*

29. Non melatet, nonnullos Catholicos assertisse, nullam legem humanam, seclusis contemptu, & scandalo, obligare sub letali: quorum auctoritate ad suam tuendam sententiam, Navarrus se protexit ubi *supr. cap. 23. num. 55.* dicens: * Porque muchos Catholicos han sentido, que ningunas leyes, aunque no tengan penas temporales, en quanto son humanas, obligan a mortal al que las quebranta, sin menorprecio, y escandalo. * Pro quo in margine citat Immolam, Felinum, & Cajetanum, & tenet apud Carrauel in *Apologem. Epist. 4. num. 273. & 74.* Martinus Cromerus, Joannes Ferro, & Servatius de Lairvelz, assertentes, legem Ecclesiastica non obligare ad mortale, nisi expresa in ea afferatur, fractionem esse mortalem. Quod tenuit etiam Collectarius, ut refert Anglus *verb. Inobedientia.* Quibus consensit Philippus de la Cruz in *Practica de decimis. §. 2. num. 5. fol. 41.* quando lex Ecclesiastica pœnam temporalem imponit. Et de legibus potestatis secularis loquens, etiam si nullam pœnam imponant, tradit ipse Philippus de la Cruz *ibidem.* & sequuntur Joannes Valerius in *Differentiis utriusque fori, verb. Ignorantia, different. 2. Tapa in jure Regni Neapolitan, libr. 1. titulo de legibus. §. Observantur, num. 18.* Quidquid addit Almañum de Potest. Ecclesiast. *quest. 1. cap. 10.* & alios, quibus non parum favet Machado, dum eorum opinionem non recit *rom. 1. lib. 3. part. 4. tract. 3. docum. 6. fol. 544.* ubi ait: * Geron, Cayetano, y otros defienden, que las leyes civiles no obligan por si a pecado, ni tienen fuerza en el fuero interior, si no es quando declaran alguna ley divina; porque las leyes civiles, y humanas (attende) no pueden obligar a pecado, ni culpa en el fuero interior. Ni parece posible, que el legislador humano tenga potestad para poner por pona de suley á los transgresores della la eterna del infierno. * Hæc Machado. Quidquid assentitur Menchaca *1. controv. cap. 29.* dicens: * Principes seculares, nec velle, nec posse suis legibus, & præceptis obligare ad pœnam eternam, seu ad culpam mortalem. *

30. Et quod miror, ex recentioribus, hanc sententiam negant Principibus potestatem obligandi in foro conscientiae tenet Fr. Philippus de la Cruz *ubi supr. ubi ait:* * Y aunque es verdad, que ay hombres doctos, que llevan la opinion contraria, queriendo dar potencia al seglar para que así obligue, yo no asiento á ello. * Erinfia: * Las leyes de los Principes no obligan á culpa, y esa potestad hasta agora no se la ha dado la Iglesia, ni se ha visto, que quando hazen las tales leyes, digan, mandamos esto pena de obediencia, ó de pecado mortal, &c. Luego conocen no tener facultad para ello, y así se estienden á la que tienen. * Hæc ille.

31. Verum Catholica doctrina tenet oppositum, & non scilicet Pontifici, sed etiam Principibus, & Regibus secularibus esse potestatem ferendi leges, quæ conscientias subditorum ligent. Sic P. Vazquez *ubi supr. disput. 152. cap. 2. dicens:* * Hanc

veritatem incanter tractant adversus Hereticos Alfonsus de Castro, Driedo, Turcetiana, Tuarianus, Dominicus de Soto, & alii, &c. Erinfia: de Catholica hac potestas secularis (leges conditae) afferunt est, sicut etiam Ecclesiastica. * Eadem esse certum, secundum fidem, tradit M. Tapa *tena Morali, liber. 4. quest. 8. art. 1.* Quod probat Vazquez ex illo ad *Romanos 13. 4.* Omnis actus justitiae sublimioribus subdita est, qui regitur potestas, dominatione resistit, qui autem resistit, ipsi subditationem adquirunt. * Et paulo post: * Ideo ne sciamus nos effete, non solum propter iram (id est, proportionitem pœnae) sed propter conscientiam. Ex quibus plane colligitur, n Principibus secularibus esse potestatem præcipendi, & leges ferendae esse, non esse resisteri Deo, si quae ordinantur nec eis pareat, & obediencie etiapropter conscientiam. Est ergo certum secundum fidem, probata potestatem habere. Quapropter P. Salvi legibus diffit. 15. sect. 1. num. 7. ac jure scripti: * Superioribus patet, erroneous, aut forte hereticus esse, dicere, leges civiles non obligare, nec potest obligare in conscientia. Cui adheret Mag. Tardia *tom. 1. controv. Theolog. Moral. lib. 1. tract. 1. controv. 14.* dicens: hanc conclusionem derivit esse in Concilio Constantini contra Joannem W. Clef. & in Bulla Leonis X. contra Lutherum art. 1. Allegat etiam Sotus pro hac Catholica dodimicretum Concilii Vienensis, quod refutum est. Ad nostram de Hereticis: In his vero locis definiri aperit potestatem civilium, leges conditae, penes Principes secularis esse, dicit Vazquez *disput. 152. citata cap. 2. ex Scriptura tamen, & Ecclesiastitione non minus appetere probari. Erdipus, 159. argumenta Navarri diluens, quibus intendit probare legem pœnalem mixtam de facto non obligare conscientia, respondet: Ad primum dicimus, ista allegari à Navarro in confirmationem fuisse. Autores, qui docent, nullam humanam pœnam conscientias obligare ad mortale: humanam opinio non multum distat ab errore Lutheri. Viz illos *supr. num. 29.**

32. Quamvis autem h[ab]is censuris notari non debet opinio tot Doctoribus superioris monta, qui supponens potestatem præcipendi, negat intentionem obligandi in conscientia, quando legislator pœnam temporalem transgressorum legem ponit: nihilominus, quia expeditio eius volumen violentiam præfert, quandoquidem exanimata pœna non defectus intentionis obligandi, sed intentus desiderium in fieri deberet: deo afferendum est, legem humanam obligari nem inducere quoniam levem iuxta materiam capaciterat, quoniam verba præcipendi tradita fuerit.

33. Jam quæ verba legis vim præcepti continantur. Consultatur *Dana 4. part. tract. 4. refut. 10.* apud quem de verbis modi imperativi negantur. Etiam, & alii, quibus ego adhaereo non auctoritatem quam Snnmus Pontifex Alexander VII. die Martii anno 1665. ut scandalosam damnavit vel opinionem assertentem, verba illa Concilii Tridentini *fest. 13. cap. 7.* quam primum confitetur non continentur præceptum. Videatur etiam Diana p. 10. tract. 15. refut. 45. ubi refert alios assertentes cum Cajetano, in legibus civilibus non traditum præceptum, quando legislator uituit, his verbis: Præcepto, mandabo, iubeo. In Canonice etiam haec verba, dicens, fac tu, volumus, intendimus, mandamus, nisi aliud accideat.

tur, non continere obi gallo en gravem, ait Azor libro 5. cap. 6. colum. 80. secus verbum præcipio, jubeo, impero. Tale etiam est verbum prohibeo, inhibeo, interdictio, veto: quamvis Cajetanus apud Azor, de his etiam verbis dubitet. Unum vero advertit cum Mag. Tapis in Catenalib. 4. quæst. 9. art. 2. num. 9. quod in omnibus verbus ambigui, clarè non constat sensus eorum, mirior interpretatio est adhibenda. * Vide etiam Mag. Texeda suprà controvers. 13. dub. 2. fol. 92.

QVÆSTIO IV.

An qui paulatim modica usurpans, ad notabilem quantitatem pervenit, mortaliter delinquit, & ad restitu-
tionem, sub lethali, te-
neatur?

S. I.

Quid de gravitate culpa?

1. Q uoad primam controvrsiam partem cer-
tum est apud Doctores, si furtum, quo ma-
teria gravis compleui, fiat cum ignoran-
tia, vel inadvertentia furtorum præcedentium, non
esse peccatum mortale: quia talis furtum per se est
materia levis, & in voluntate operantis nullam cum
præcedentibus unionem haber, ac proinde non est,
unde notabilem gravitatem desumat. Solum ergo
est difficultas, quando usurpans recordatur præce-
denti furtorum, an illud ultimum, quo materia
gravis conficiatur, gravem malitiam contineat? Pri-
ma sententia afferit, tale furtum non esse mortale. Ita
Navarrus in Manualib. 17. num. 140. Toletus lib. 5.
cap. 16. num. 4. Verardius in Sum. Corona, p. 1. cap. 1.
num. 28. Vega lib. 14. in Concilium Tridentin. cap. 11. in
fine Graffius, Carbon, Lessius, & ali, quos refert Di-
castillo tom. 1. de iust. lib. 2. tract. 2. disp. 9. dub. 3. nu. 50. &
probabiliter putant Filiaci, Rodriguez, Salas, &
alii, quibus subscripti Diana 1. p. tract. de Paupertate
Religiosa, resol. 34. Quorum ratio est, quia praesens
voluntas solum terminatur ad levem materiam præ-
sentem, nec ipsa infert notabilem damnum, sed par-
tem, ex qua, & ex præcedentibus coalescit: ergo ex
memoria præcedentium non potest malitia gravem
sorri in memoria enim non mutat objectum vol-
luntatis præsentis.

2. Ex Doctribus hujus sententia nonnulli infe-
runt, enim, qui per minutum furta, absque peccato mor-
tali, ad quantumcumque gravem pervenit, non teneri sub
lethali restituere, quia obligatio restituendi de qua lo-
quimur, sequitur culpa, ergo obligatio gravis culpa
grave, & levis leve, ergo nullus tenetur sub mortali
restituere, quia solum venialiter peccando, furatus
fuit. Ita expresso tener Navarrus lib. 3. Confessor.
in t. edit. tit. de Regul. conf. 75. num. 27. in 2. tit. de
fatu Monachor. conf. 3. num. 27. in ratione secunda,
& Berardacius in Sum. Corona, p. 1. cap. 1. num. 28.
Ubi sic ait: Si aetus furandi procedunt à voluntate
intensa, hoc est, dum homo furatur illud parum,
non intendit furari majus, nec alio tempore, &

postea de novo subvenit alia occasio furandi simili-
ter, tunc quantumcumque restiteret hujusmodi fur-
ta, sic conditio nata, semper est veniale, nec tene-
tur de necessitate salutis restituere illa. Quia sicut
multa peccata veniales, nunquam possunt facere u-
num mortale, quantumcumque simul sumptus ita
hujusmodi parva furtæ, voluntate interclusa, cum u-
num sint, quantumcumque simul sumuntur, & ali-
qua quantitate considerentur, numquam facient u-
num furtum notabile mortale, & consequenter non
patient obligationem; quia semper remanent in sua
natura, hoc est, sunt vel alia ratione parvæ qua-
titatis, sive furtum sit semper eidem, sive diversis.
* Quibus faverit P. S. à Sum. verb. Furtum, num. 8.
Ubi ait: quosdam probabiliter existimat, non te-
neri sub mortali restituere, qui ab eodem minima
furatur, etiæ pervenient ad magnam quantitatem. Et
Diana ubi supra n. 34. ubi hanc sententiam refe-
rens, non improbat, quin id ei adhædere videtur;
& loquens de Religiosis furantibus res Monasterii,
illam docet Fernandez in Exam. Theolog. Moral. p. 1. cap.
6. §. 2. n. 12.

3. Ceterum hæc sententia, cuiuscumque sit, im-
probabilis est, & à veritate proflus aliena, ut bene
ait Thomas Sanchez lib. 7. Sum. cap. 21. num. 3. quia
velle retinere furtum notabilem quantitatibus, est ma-
nifestum lethale peccatum; sicut velle, illud committere;
quia inesse moris, retentio nil aliud est, quam
acceptio continua. Nec fundamentum parsis con-
traria ullius ponderis est; nam si quis, absque illa sui
culpa, rem alienam magni momenti usurpasset, &
modo retineret, veritas certior, sub lethali, tene-
re vero domino restituere: ergo à fortiori, quando
culpabiliter, etiæ venialiter tantum, accepit. Quapropter
Navarrus sententiam superius traditam
retractavit in Sum. cap. 17. num. 140.

4. Ideo alii præstatu sententiam temperant, af-
ferentes, tunc illam quantitatem usurpatam esse sub
peccato mortali restituendam, quando extaret, aut
ex illa fur ditor factus fuisset. Secus alter: quia nec
tenetur ratione rei acceptæ, cum nullo modo extet,
nec ratione in justæ acceptio, cum gravis culpa
non intervenierit. Sic Diana ubi supra, pro se referens
M. Lorcam, & Granado, hunc 1. 2. controvers. 6. trax.
2. disp. 2. scđ. 5. num. 49. & illum 1. 2. tom. 2. disp.
60. Ceterum mala fide Patrem Granado pro hæc
opinione adducit: Ille enim expreso loquitur, quan-
do qui furatur ultimum oblam, non advertit illo modo,
tunc impleri numerum, qui constitutus magnum quanti-
tatem, & tunc non excusat ab obligatione gravi-
tatem, sed solum dicit non esse certam: verba ejus
sunt: * Si autem illam quantitatem consumphaserit,
& ex illa non fuerit factus ditor, non est certum te-
neri sub mortali restituere; nam Henriquez lib. de Ir-
regul. cap. 3. §. 1. litt. K. satis probabiliter cu[m] multis
quos afferit, existimat, in foro conscientia non esse
obligationem gravem restituendi pecuniam, ubi
culpa mortalis non adest. Vide Ledeliam 2. p. 4.
quæst. 18. art. 6. ad finem, §. sed dubitas, & Sotus lib. 4. de
iust. quæst. 7. art. 2. ante solutionem argumentorum, §.
Dubium autem est. * P. vero Henriquez, Ledel-
ia, & Sotus, sicut & plures alii, quos sequitur, lo-
co supra citato à P. Granado, non loquuntur de
obligatione restituendi gravem quantitatem minutis
furtis subreptam; sed de obligeatione restitu-
tions ex damno aliquo gravium actione illato, abs-
que culpa gravi inferentis. Cujus longè alia est ra-
tio, ut ex dicendis constabit, quia plena libertas bi-
deficit, secus hic.

Pars II.

xx 2

5.M.

5. M. etiam Lorca non tradit, quod Diana illi imponit; loquitur enim de furtis minimis, sine continuatione morali commissis, quorum restitutionis obligatio non continuatur. * Addo (inquit) nec tunc esse obligationem mortalem restituendi, nisi materia in specie perseveraret, aut dicit ex ea factus esset, qui furatus est. Si enim consumplisset minuta illa, sine continuatione morali accepta, non esset mortalis restitutionis omission. Ergo casu, quo acceptioes par va morale continuationem habuerint, ut poterit non nimis distantes, seu interpolatae, licet ultima peccatum mortale non sit; non inficiatur M. Lorca obligationem gravem restituendi, quantumvis quantitas prius accepta consumpta fuerit, neque ex illa fut dicitor evaserit. Cujuscumque verò sit Diana sententia, nullatenus sultinenda est. Quia obligatio restituendi per minutu furtu præcedentia contra ita perseverans unitur cum Obligatione restituendi ex ultimo furto levè resultante. Ergo ex utraque constituitur obligatio restituendi quantitatem gravem; hæc autem gravis obligatio est, & sub lethali adstringit, sive quantitas perseverer, sive non; nec fur ex ea dicitor evaserit: sufficit enim, plena libertate acceptam fuisse, licet singulæ acceptioes ex parvitate materiae à culpa lethali excusentur: à qua excusat non potest retentio, ut potè materia gravis, nisi ex alio capite, ut propter impotentiam restituendi, &c. juxta principia communis sententia, de qua postea. Similiter cendum, si quis ignorantia invincibili valoris rei alienæ, adamantis, v. gr. christalum putans usurpasset, veritate comperta, teneretur sub lethali restituere; si verò ex eodem errore alteri donasset, cum dominium semper apud dominum maneat, & res in specie extet, post depulsam valoris ignorantiam, obligatio levius in gravem transiret, ac proinde, aut donationem revocare, aut falso rei valorem restituere tenetur.

6. Propterè secunda sententia assertit ultimum furtum quantitatis levius, qua gravis compleatur, ut procedit à voluntate formalis usurpandi levet quantitatem, non esse peccatum mortale, in quo convenit cum prima; eos vero ut à voluntate implicita retinendi quantitatem gravem ex hac, & præcedentibus coalescentem. Nam cum ille teneatur sub mortali illam summan restituere, non potest non mortaliter peccare, dum illam retinere intendit. Sic P. Lessius lib. 2. de justitia, cap. 12, dub. 8. Sayrus lib. 2. cap. 13 num. 19, P. Vazq. 1. 2. disp. 146. cap. 2. & alii.

7. Verum nec secunda hæc opinio omnino placet, quia non evitat absurdia, qua primam consequuntur. Nam si peccatum mortale non constituit in furto levius quantitatis, qua gravis compleri noscitur, sed in voluntate retinendi quantitatem gravem: à mortali culpa excusat, qui illam iustè non retineat; ac proinde, & quicumque non possit restituere leves quantitates anteà usurpatas, quia nec accipit alienum in quantitate notabilis, ut ponimus; neque habet voluntatem expressam, nec interpretativam iustè retinendi quantitatem notabilem. Ex quibus inferitur, hominem aliqui pauperium, aut Religiosum, qui per votum paupertatis non haberet, underestimant leves quantitates præcedentibus furtis subreptas, non peccaturum mortaliter, nec in furto, nec in voluntate retinendi, vel non restituendi ablatum. Ex quo sequitur, posse quem grave damnum inferre cum plena libertate, & tamen à peccato lethali excusari: quod valde absurdum est, ut benè pondrat Dicastillo ubi suprà num. 55.

8. Propter hæc, tercia sententia, cuiusdam absoluere assertit, cum, qui ultimum furtum commitit, quantitatatis levius complectens notabiliter peccare mortaliter, ratione danni gravis plenariae proximo illati. Hæc est communis Dodoni opinio, quam tenent Suarez, Valencia, Azor, Roldus, Sotus, Petrus de Ledesma, & alii. Quod legatur Salas 1. 2. quæst. 88. tract. 13. disp. 16. fol. 27. rect. b. Luis Lopez 1. p. instruc. cap. 93. colum. 2. quæf. 1. Thomas Sanchez ubi suprà lib. 7. cap. 21. num. 6. Ramo el. quia scilicet, & scilicet plena libertate premium graviter laderet, est peccatum mortale, qui autem non quantitatem levem, qua ad notabilem fuit quantitatem pervenit, illius dominum graviter latet, & magnum in suis bonis documentum patens perfecta libertate constituit: nequid ergo ipso mortali ultimum illud furtum excusari, etiam non habeat commoditatem refaciendi precepsit, vel absolute sit impotens restituere. Quod præcluditur adiutum exemplo supra adducto de domino pauperissimo, vel Religioso paulatim modica occasione furante: impotens enim restituendi præcedentia furti non tollit gravem damnationem proximi ex omnibus furtis collectam summa conflamat, quam sub lethali quisque vitare tenet. Nemo enim excusat à lethali eum, quoniamibus interpolatis proximum graviter laderet, ipse nec qui furtus.

§. II.

Quando grave proximi damnum censeatur?

9. R Estat vero difficultas, an grave proximum censemendum sit, eo præcisè, quod non quantitas ultimo furto compleatur? Negant autem res secundæ sententia, qui constituentes peccatum mortale ultimi furti quantitatē levius, in tetrum gravis ex illa, & præcedentibus coalescentes, absunt, retentioem quantitatē gravis ad levem non possum, etiam cum quis commodè restituere possit non esse peccatum mortale, quia ut ait Salas ibi præ num. 88. "sub mortali solam tenetur, non mis. restitutionem differt." Ergo quod ultimum quantitatē subriperet, cum proprio non nimis differendi restitutionem quantitatē gravis, gravem proximo lesionem non inferret. Quia ut ait, Vazquez 1. 2. disp. 75. cap. 3. num. 14. "Penitus detinere rem alienam, & usurpare: nam detinere aliquid est, quam usurpatio quadam contingit, in usurpatio ideo est mala, quia ordinatur ad retentioem." Ergo quodcumque retentio, juxta autores secundæ opinionis, excusat à peccato mortali, non levius damnificationis, potest etiam usurpatio in tercia sententia excusari. Quibus facit Lessius 2. de justitia. cap. 6. dub. 7. ubi loquens de Principi prohibente venationem, quæ necessaria esset ad carnem damna, quæ feræ multiplicata possent agri victimarum inferre, ad quorum restitucionem, si infestantur, postquam statuit, non sat esse ad eos existandos à peccato, si dicant se velle, sarcini damna, si quæ sequantur, quia aliud peccatum est, infra damnum, aliud nolle compensare illatum, subditum est sic: "Quamvis si verè paratus esset, corum damnum absque mora compenfare, & diligenter inde subinde inquireret, non putarem, peccare mortali,

tifera, quia non inferret notabilem injuriam.*

10. Quibus adde Perram Hurtado de Mendoza, 2.2. tom. 2. tract. de charit. disput. 173. sect. 10. subsect. 5. §. 125. ubi ait: licet cooperari ad minus furcum cum latrone ad evitandum magis, etiam respectu diversae personae, quando ex cooperatione non est damna passurus.* Cetero enim (inquit) bonis brevi tempore non est grave damnum. * Ex quo principio alter Hurtado Complutensis disp. 8. d. refit. dispe. 4. excusat à lethali dilationem restitutionis, quando creditorum alius damnum non imminet, * quia tunc, inquit, plena dilatio non videtur gravis damnificatio, seu injuria contra creditorem. * Ex quibus inferitur, non aliter de usurpatione rei alienae, ac de retentione quoad dilatationem damni discurrendum esse: quod nos edocet D. Thomas 2.2. q. 66. art. 3. ad 2. ubi ait: Dicendum, quod detinere id, quod alteri debetur, eandem rationem documenti habet, cum acceptance injuria. Et videtur traditum à P. Vazquez ubi supra; & quæst. 72. art. 6. num. 21. Ubi inquit, contra præceptum negativum esse peccatum retinendi alienum, sicut & accipendi. * Retentio enim (inquit) quoad usurpatio est, in modo usurpatio peccatum est propter retentionem, nam usurpare tantum, nisi sequatur retentione aliqua invito domino, ut si aliquis statim redderet, quod accepit, non esset peccatum, eo dum taxarantur fricta. * Cui consentit P. Granado 1.2. controversial. 6. tr. 2. d. 1. p. 2. sect. 5. num. 51. * Quia acceptio rei alienæ (inquit) non est mortalis, quando sit animo restituendi illam ita sit, ut ratione dilationis non inferatur dominodominum alii cuius momenti. Ergo juxta præfatos authores quoties retentione gravis quantitas alienæ à morte excusat, ratione levius damnificationis, utpote ad breve tempus retinendæ, excusanda etiam erit acceptio animo citato restituendi, ita ut domino non inferatur damnum aliquis momenti. Hoc autem solu' infertur per furum levius quantitatis, gravem complexis, ratione voluntatis non restituendi statim, (ut diximus) vel ratione impotentiae pre inopia, ut contingit in Religioso per votum paupertatis, vel in homine alio qui pauperitudo.

11. Tertia hæc sententia, cui calculum meum adjungo, maximè differt a secunda; quia secunda excusat a peccato lethali grave in damnificationem parvo furoto completan, licet cum memoria præcedentium, committatur ab eo, qui absolu' non potest restituere, quod jam consumplerit omnes quantitates leves, prius subreptas; dummodo habeat animum solvendi, si forte aliquando pervenerit ad pinguisorem fortunam: sic cum Lessio tradit P. Salas ubi supra tract. 13. disp. 16. sect. 27. num. 88. & M. Serra 2.2. tom. 2. quest. 66. art. 6. dub. 2. fol. mihi 455. * Excusati (inquit) posset a peccato mortalitate proponeret efficaciter restituere, quod prius abstulerat, aut absolu' , si haberet unde solvat; aut si non haberet unde solvat, sub conditione, si forte aliquid quando pervenerit ad pinguisorem fortunam, & habuerit, quo solvat. Tunc enim acceptio, & detentio talis oboli non continuatur cum acceptance, aut detentione præcedentium, cum sit retractata voluntas acceptationis, & detentionis præcedentium. * Quod putat etiam probabile P. Granado ubi supra. Tertia vero sententia, quam defendimus, id non admittit; quia eum qui quantitatem levem, non sit potens citò restituere, non excusat a peccato mortalitate gravis damnificationis iustitia, quia ibi intercedit: nam qui exactu suo, etiam levi prænoscit, proximum passurum esse notabilem damnum, & illud efficit; verè

est causa moralis illius damni. Unde in nostra sententia aditus præcluditur absurdæ consequentiæ, excusanti à peccato gravi religiosum, per minuta furta ex occasione, pervenientem ad quantitatem gravem, in modo & gravissimam, quod in contraria opinione difficillimum est.

S. III.

Quid de restitutione quantitatis levius.

12. Rogabis, an ab onere restituendi sub lethali liberetur, qui levem quantitatem, gravem completem restituat? Negat cum Medina Complutensi, & Corduba M. Texeda tom. 1. lib. 2. tract. 2. contro. 18. dubit. 2. n. 23.

13. Verum communis, & vera sententia in contrarium stat, quam tenet Bauni in Summa lingua vulgaris, cui titulus som. desp. pag. 220. edit. 6. & ex terminis nostrisima est, quia postro, quod octo regales, v. gr. sint necessarii ad constitutam quantitatem gravem, retentio septem, (sicut nec eorum acceptio) non est culpæ gravis, ergo neque voluntas retentio septem; sed restitutio octavo, hoc solum manet; ergo. Est evidens consequentia, quia ante ablutionem octavi regalis præcesserat acceptio, & retentio septem regalium, & tamen non tenebatur sub lethali eos restituere, eo quod quantitas retentio non erat gravis. Ergo nec post restitucionem octavi tenebitur, cum ad pristinum statum reducatur. Ideo hanc sententiam sustinet Thomas Sanchez in Summa lib. 7. cap. 21. Vazquez opus. d. refit. cap. 9. §. 1. num. 78. Alcozer, Rebellus, Sayrus, & alii apud ipsos, quos sequuntur lib. 3. de refit. cap. 1. num. 60. Bassæus in Floribus, yerb. Fursum, 1. num. 8. fol. 39; Diana 1. p. tract. de paup. ref. 34. cum Megala, Aragon, & aliis. M. chado tom. 1. lib. 2. tract. 19. docum. 2. num. 2. cum Hurtado, & Fagundez. Reimigius in Summa tr. 2. cap. 7. §. 1. num. 5. M. Hyacinthus Donatus in praxi, p. 2. tom. 1. tract. 15. q. 21. M. Acatius de Velasco tom. 2. ref. mor. verb. Hurtado, ref. 64. cum Reginaldo, & Azor. Et cum Molina, Granado, & aliis sequitur Card. de Lugo tom. 1. de justit. disp. 16. sect. 3. num. 4. dicens: Ratio autem est clara, quia si ad illam sumnam non perveniret, non peccaret mortaliter retinendo priorem summam. Ergo restituendo partem, reducitur retentio ad eundem statum, in quo non habuisset gravem malitiam; non est ergo unde illam habere possit.

14. Adnotandum hic est, furta minima filiorum, aut Religioforum, vel ancillarum in esculentis non pretiosis, sed ad communem usum deservientibus, non continueri ad culpam gravem: ut docent communiter Doctores, quia Pater, superior, & dominus esse non solent inviti quo ad substantiam refit. accepta, quando nec ad vendendum, nec retinendum, nec ad usus illicitos, sed ad famis leviam usurpatur. Ac proinde licet damnum, quod decursum temporis illis, infertur, grave alias reputaretur, cum non fiat invito domino quoad substantiam, culpam gravem non constituit, nec ex ultimo furtiolo cum præcedentibus, obligatio gravis restituendi pullular. Unde infertur filium, vel servum non peccare mortaliter, licet habeat animum pauplum committendi ejusmodi furta levia, quia objectum hujus voluntatis non esset usurpatio rei gravis alienæ invito domino quoad substantiam rei acceptæ. Ita docet P.

Thomas Sanchez in Sum. lib. 7. cap. 21. num. 31. quem
sequitur Diana 1. p. ex. de paup. ref. 35.

QVÆSTIO V.

Vtrum peccatum mortale furti, ex
suo genere, gravius sit, quam
sodomia.

1. Ecclesiasti furti gravitatem eam esse, ut ex suo genere, sodomia malitiam superet, non pauci viri doctri tuentur. Quod hoc syllogismo probant. Majus peccatum est, ex suo genere, quod majori virtuti opponitur; sed furtum ex suo genere opponitur justitia, quae est major virtus: Sodomia temperans, quae est minor, ergo furtum ex suo genere majus peccatum est, quam sodomia. Consequentia videatur legitima, & utraque præmissa est expressi. D. Thomæ alia 1. 2. quest. 66. art. 4. in corpore ubi ait: Secundum hoc, ne m'p secundum suam specimen, & simpliciter, justitia inter omnes virtutes morales præcelit. Et infra: Post fortitudinem autem ordinatur temperantia, scilicet in cibis, & venereis. Ergo secundum D. Thomam justitia major virtus est, quam temperantia. Alia autem præmissa non minus expressa est D. Thomæ quest. 73. art. 4. Ubi inquisiens, otrum gravitas peccati tuu differat secundum dignitatem virtutum, quibus opponuntur? Respondebat: Dicendum, quod virtuti opponitur aliquid peccatum, uno quod dem modo principaliter, & directe, & hoc modo oportet, quod majori virtuti opponitur gravius peccatum. Ideoque ad tertium argumentum in oppositum, quod habebi verbis obiicit: Charitas est major virtus, quam fides, & spes; odium autem, quod opponitur charitati est minus peccatum, quam infidelitas, vel desperatio, quae opponuntur fidei, & spei: ergo majori virtuti opponitur minus peccatum. Ad hoc, nquam, argumentum respondebat, negando minorem, scilicet, minus peccatum esse odium infidelitate, aut desperatione: quod inde probat, esse majus; quia odium opponitur charitati, quae est major virtus fidei, & spei. Ad tertium (inquit) dicendum, quod charitas non est quicunque a nobis, sed amor Dei, unde non opponitur et quod cumque odium directe, sed odium Dei, quod est gravissimum peccatum. Ex quibus P. Salas 1. 2. tom. 1. quest. 73. tract. 13. disput. 5. sect. 3. num. 25. sic concludit: Quod peccatum nobiliiori virtuti oppositum gravius sit, præter D. Thomam, Cajetanum, Conradum, Medinam, Zumelium, & alios Thomistas, docet Scorus. Quibus consentiunt plures alii, ut testatur M. Lorce 1. 2. diff. 19. de peccatis, dicens: hanc regulam esse in universum veram, non pauci Expositores S. Thomæ affirmant, & omnem peccatum, quod digniori virtuti opponitur, esse gravius in genere moris, & secundum malitiam formalem, * Quibus consonat M. Sotus in 4. diff. 12. quest. 1. art. 5. Ubi sic: Respondebat autem cum Cajetano, regulam D. Thomæ esse physicam, & verisimiliter, si intelligatur, ut debet, quod peccatum, quantum ad speciem suam, quantum est objecti majoris, est inajus; sed tamen cum dicimus ex genere suo, insinuamus, quod peccatum minus ex objecto potest fieri inajus ex circumstantiis: gravius enim est peccatum iniustiae, quam intemperantiae, quia justitia est præstantior virtus; & tamen peccatum fornicationis

gravius est, quam furari unum argenteum, * M. Sotus, cuius verba aequè evincunt, furum gravius ex suo genere, gravius peccatum esse, quam intemperantiae, locum tamen tamen iniqui majori homicidio gravitatis ex circumstantiis de quo infra. 2. H. principis D. Thomæ, & discipulorum ipsi in alia parte affirmativam ut dixi, gravissimum. Utores sustinent, inter quos P. Vazquez i.e. opif. art. 4. in comment. §. ultimo. Ubi sic: * Eadem ratione dicendum est, peccata luxuria contra naturam, etiam si magis turpia appareant, & majora aseptia digna sint, ex generetamen suo, minore esse, quam peccatum furti; quia furtum justitia, illa ratione peccata castitatis opponuntur. * Hoc principio probat M. Lopez de Texeda in Theolog. nat. lib. 2. controv. 11. dub. uit. num. 173. homicide ut in ius peccatum formatione, dicens: Probatur ergo, ut docet D. Thomas, peccatum eo est gravissimum, & natura sua, & species, quod opponitur directe majori virtuti: ergo cum justitia, cui directe opponitur homicidium, sit longe major, & perfectior virtutum quam temperantia, cui opponitur fornicatio, longius est peccatum ad formationem inducens, quam formam occidentis. * Hec Texeda cum verba eodem pondere suadet, furtum ex quo grege gravius esse peccatum, quam sodomitam, propter eandem omnino rationem: est enim consequitur eisdem principiis necessarij deducit. Applicatam syllogisticam.

3. Eamdem viri alii doctissimi legitimanentes, Patricius Vazquez sub scripserunt. Baptista Gofius rom. 1. Regiminis Rep. part. 1. lib. 2. diff. 4. in 230. fol. 230. in editione Lugduni anno 1641. post in undique exigitatam, sic concludit. * Dicendum est, peccata luxuria contra naturam, etiam magis turpia appareant, ex generetamen suo, minore esse, quam peccatum furti, et quod furtum justitia, illa ratione peccata autem illa castitatis contrariantur. S. c. Vazq. 1. 2. quest. 71. art. 4. in comment. vlt. * Hackenus fragos.

4. Fr. Hieronymus Gorra Ordinis S. Hieron. in Sum. Hispana, tract. 1. diff. 2. dub. 9. in fine nov. 14. Afirmamos con Vazquez, que los pecados contra naturam, aunque mas leves, y graves sean, de tan raleza son menores, que el hurto, y otro cualquier pecado contra justicia, porque los pecados contra justicia son mas graves, que los que son contridad. Luego de primo ad ultimum, venimos a concluir, que el hurto, y adulterio de suyo son mas graves, que la sodomia.

5. Sapientissimus Doctor Ludovicus Monachinus in Academia Complutensi celeberrimus, & primarius sacre Theolog. & Cathedra moderator, in 2. in 1. 2. quest. 73. art. 4. in editione Complutensi, in 16. 2. postquam cum D. Thomæ, & his eius expositoibus statuit esse gravius peccatum, quod ponitur præstantiori virtuti, sic ait: * Sed dubitum est, utrum gravitas peccatitia fumaretur ex objecto, quod si sit unum peccatum minus grave ex objecto possit crederet eis malitia ratione circumstantiarum taliter, quod adaequat, aut etiam supererat malitia alterius peccati, quod est gravius ex objecto: Partem affirmativam tener Medina, quem sequitur Lloca diff. 19. &c. adducitque exemplum de peccato homicidio, quod est gravius, quam homicidium. & finitum, & tamen objectum est minus grave, quoniam est objectum intemperantiae, & objecta alia sunt peccatorum sunt iniustiae, &c. Contraria senten-

tiā tenet Vafqu^z, & alii recentiores expositores hujus articuli, &c. In hac re vix potest esse controversia, nisi de modo loquendi, &c. Quoniam si circūstātia addat malitiam diversa specie, potest contingere, ut ratione ipsius, peccatum, quod alias erat minus grave ex suo objecto, sit gravius, quam alterum: v. gr. furtum minus grave est ex suo objecto, quam homicidium, tamen si furtum sit rei sacrae, sit gravius, quam homicidium, ratione circumstantiæ sacrilegii, quia sacrificium pejus est, quam homocidium. Hinc colligitur, peccatum mortale cuiuscumque speciei gravius est quilibet veniali, quam tunivis hoc gravius sit ex objecto: v. gr. fornicatio gravius est, quam furtum veniale rei levis. Ratio est, quia peccatum mortale dicit quoddam accidens diversa speciei à veniali, scilicet, aversionem à Deo ultimo fine, ratione cuius simpliciter est gravius peccatum, quam veniale. Loquamur ergo de duobus peccatis mortalibus, aut duobus venialibus, facta comparatione inter se: & certum est, peccatum, quod est minus grave ex objecto, posse habere majorem malitiam accidentalem ex circumstantiis. Similiter est certum, peccatum, quod est pejor ex objecto, habere maiorem malitiam essentialē. Sed difficultas est, quod sit dicendum simpliciter, & absolute gravius? Respondet D. Thomas quodlib. 1. art. 18. quem sequitur Cōfessio. 2. 2. quaf. 14. 4. art. 3. Sylvester, verb. Perjurium 2. Vafquez, & ceteri expositores citati, quod si similitudinem dicendum gravius peccatum, quod ex objecto est gravius, & ita inquit D. Thomas, perjurium esse gravius peccatum, quam homicidium, & ratio est, quia objectum perjurii est pejus, quia contra Religionem. * Hacenus insignis Doctor Montesinos. Ex quibus inferit, fornicacionem accidentaliter esse gravius peccatum, quam furtum, non vero essentialiter, & ex suo objecto. Idemque de sodomia dicendum putat num. 85. & 86. Ex quibus convincitur, hunc Doctorem sentire, simpliciter dicendum, furtum gravius esse peccatum: *Quia simpliciter est dicendum gravius peccatum, quod ex objecto est gravius.*

6. Ad huius illustrationis vim ex D. Thomae principiis, faciunt verba Sylvestri loco supra citato à Montesinos, verb. *Perjurium*, quaf. 2. Ubi eodem discursu probatur, perjurium esse maius peccatum homicidio, dicens: * Secundo queritur, utrum perjurium sit gravius peccatum homicidio? Et dicit D. Thomas in quolibet, quod sic, licet homicidium gravius puniatur in Ecclesia, quia magis nocet hominibus. Summa autem Angelitenet contrarium, quia homicidium charitati proximi, & perjurium latræ opponitur, quæ est virtus minor. Sed dico, istam rationem esse ridiculosam, quia homicidium immediate opponitur iustitia, quæ est minor latræ. Ergo sicut ex principiis D. Thomae recte, & absolute concluditur, perjurium esse maius peccatum homicidio, quia latræ, cui opponitur, major est virtus, quam iustitia, cui homicidium adversatur: ita similiter, & postiori jure concludi debet, furtum ex suo genere (quod est additum diminuens) esse maius peccatum sodomia, quia immediate opponitur iustitia, quæ est major virtus, quam temperantia, cui sodomia. Nec obstat, quod nefandum hoc vitium gravius puniatur in Ecclesia, quam furtum; sicut nec quod gravius puniatur homicidium, quam perjurium, utratque Sylvestri supra.

7. Efficax alius argumentum sumitur ex D. Thoma 1. 2. quaf. 73. citata, art. 5. ubi cum statu sit, peccata spiritualia esse graviora, quam carnalia, sicutibi

objicit: "Adulterium gravius peccatum est, quam furtum, sed furtum pertinet ad avaritiam, quæ est peccatum spirituale: adulterium vero ad luxuriam, quæ est peccatum carnale: ergo peccata carnalia sunt majoris culpa." Respondet. * Ad primum dicendum, quod adulterium non solum pertinet ad peccatum luxuriae, sed etiam ad peccatum iniquitatis, & quantum ad hoc potest ad avaritiam reduci. * Atqui sodomia solum pertinet ad peccatum luxuriae: ergo cum tantum sit carnale peccatum, minoris erit culpa, quam furtum. Hæc consequitio, concessio antecedenti, irrefragabilis videtur.

§. I.

Animadversio in Baronium.

8. Cum primam hujus difficultatis speciem, ex principiis D. Thomae suborta, Vincentius Baronius ex opere Amadæ Guimenii comparasset, atonus habet, unumque Gabrielem Vafquez consiluisse fateretur. * In quo, inquit, argumentum, quod ex illo Amadæ refert, desidero in editione Anverpiensi, qua utor, sive id numquam scripsit, sive pudor coegerit eradere. * Nec mirum viro majoribus distracto id contigerit; cum in uno volumine Parvis Vasquez, quo (ipsedicit) utitur, hoc numerum theta paginam dealbaverit. Igitur ut his, qui causa cadunt, de more est, in verba protrumpit, & de immanni corruptela principiorum D. Thomæ expostulat in opere contra Amadæ, disput. 1. s. 9. fol. 88. & sequentib. Et quasi unus hic Apologista illationis Author esset, cum tamen purum, & fidelem relatorum egerit, in eum acriter invehitur, nullique convictioni generi parcit. Quæ ego, ne modestia parcam, silentio pretere: & amicè rogo, an principia D. Thomæ superius jacta immaniter adulteraverit doctissimus Sylvester M. Sacri Palati, dum ex ilis, ubi supra intulit, & absque addito illo diminuente ex suo genere, absolute probavit, perjurium esse gravius peccatum homicidio? An M. Lopez de Texeda corrupserit, dum eisdem innixus persuaserit, homicidium esse gravius peccatum fornicationis? Ut erque enim eodem arguento, eisdemque præmissis ex D. Thomæ exceptis, suam conclusionem probat (ex oppositione scilicet cum majore virtute) quibusad suam comprobandam utuntur P. Vafquez, Fragosis, Hieronymus Garcia, Montesinos, & alii. Cur, inquam, isti, & non illi de immanni corruptela principiorum D. Thomæ demandari sunt? Cur non omnes æquè immunitate gaudebunt? Cur non præcipue Vafq. qui cum addito diminuente ex suo genere id assertuit? Candidus lector expendat.

9. Unum ego non præteream, Baronium in hac questione non solum principia, sed & conclusiones D. Thomæ deseruisse. Quod evidenter ostendo; quia D. Thomas expressè afferit, homicidium esse gravius peccatum sodomia, econtra autem Baronius, sodomitam gravius esse peccatum homicidio, quod indubitate esse contendit, & ex principiis D. Thomæ se propugnare, jactat: en Baroni verba: * His ita constitutis, immanitatem nefandi peccati demonstrat D. Thomas discursu profundissimo. * Ex quo subneicit ipsi: * Atqui nullum peccati genus isto magis exercitat à lege eterna, à synderesi, & ratione: ergo nullum est execrabilis eorum, quæ in ius naturale, & humanum incurruunt. * Et item fol. 92. * Non potest (inquit) negari citra cæquitatem, quin

nefandum illud peccatum præ cæteris, quæ jus naturale, & humanum lèdunt, sit atrocissimum. * Enam ictus lector, Baronius peccatum nefandum gravius esse afferit, quam peccatum homicidi: quod adeo aperte ex principiis D. Thomæ deduci sibi suaderet, ut in Amadæum sic retorquet: * Nisi sophistam magis, quam Theologum agere, placeret Amadæo, non dissimulasset, quod ex D. Thomâ retulimus, argumentum. * Sed quidem in D. Thomâ modum numquam venit, peccatum nefandum gravius esse cæteris, quia jus naturale lèdunt: quia homicidium magis, quam peccatum contra naturam, illi adversari, expressè tradit *tertio contra gentes*, cap. 122. per hæc verba: * Post peccatum homicidi, quo natura humana jam in actu existens destruitur, hiujusmodi peccatum videretur secundum locum tenere, quo impeditur generatio humanae naturæ. * Enam, circa cæteram negavit D. Thomas, peccatum nefandum esse gravius homicidio, & morte non negasse, cum expressa D. Thomæ verba nuper adducta apud Amadæum fideliter excerpta legeris. Quæ forsan ignorans Thomas Hurtado tom. 1. ref. moral. cap. 8. ref. 30. num. 325. (eius juratus alius Thomæ) aulus est, similiter d' cere, sodomitam gravius esse peccatum, quam homicidium: sed his omisisti.

10. Ad argumentum ex principiis D. Thomæ ubi supra instauratum respondeat Baronius, peccatum eo esse gravius, quo majori virtuti opponitur, nisi ex circumstantiis, quo inferiori virtuti adversatur, præpondere. * Alius peccatum, inquit, veniale furti, utpote superiori virtuti adversum, majus esse peccato mortali ordinis inferioris, verb. grat. fornicatione; inq. & sodomitice, & bestialitate. * Responsio hæc difficultatem non evacuat, quæ ut supra diximus, solum procedit, facta comparatione inter mortalia; quando enim circumstantia est talis, quod ex veniali trahat ad mortale, bñp docuit Montefinos ubi supra, peccatum mortale furti ratione aversionis à Deo, quam includit, in esse moris, specie differre à peccato levi furti, licet inesse physico, grave, & leve ad idem genus reducantur; certissimumque est, circumstantiam addente malitia diversa specie posse gravius constitutere peccatum, alias minus grave ex suo objecto, ut constat ex dictis num. 5. Ceterum vellem ego Baronius explicasset, quæ sit circumstantia illa, quodcumque peccatum contra naturam inseparabiliter concurrit, ratione cuius peccatum mortale minus grave ex objecto, utpote virtuti inferiori temperantia oppositum, gravius evadat peccatis aliis gravioribus ex objecto, utpote justitia præstantiori virtuti adversis. Alius æquo jure Baronius posset impetrare Sylvestrum ex D. Thomâ assertentem, perjurium esse maius peccatum homicidio, quia superiori virtuti opponitur; & M. Texedam ex eodem etiam principio ad struendum, homicidium esse gravius peccatum fornicatione. Cur inquam in his casibus limitationem non patiatur principium D. Thomæ, ex circumstantiis præponderantibus, ut ad argumentum Patris Vasquez enervandum singit Baronius?

11. Omitto, hanc evasionem jam diù reiectam fuisse à sapientissimo Doctore Montefinos Primario Complutensi, verbis ex illo supra datis num. 5. Quam etiam impugnavit Primarius alter Sacra Theologia Catholica M. in celeberrima Universitate Salmanticensi, D. Joannes Alfonso Curiel D. Thomæ doctrinæ addictissimus i. 2. q. 73. art. 3. §. 2. Ubi sic scribit: * Aut quæstio est de re, aut de nomine: si sit quæstio de re, dico, non sufficere gravitatem alicuius

peccati ex parte circumstantiarum, quæ non dent gravitas, ut tale peccatum sit abolire, & simpliciter gravius, quam alius, quod sit ex parte objecti gravatum. Probatur, quoniam quantumcumque primam gravatum crescere in gravitate, quantumcumque circumstantias, semper supererabit in posteriori in substantiali, & essentiali. Ergo semper erit diligenter, & absolute minus grave, quam poterit, accedens patet: quoniam gravitas ex circumstantiis accidentalis, & gravitas, quæ sumitur ex objectis substantialis. * Hæc ille cum Montesinos, quæ enervatum manet primum, & precipuum funditus Vasquez, & aliorum elevate tentavit,

§. II.

*Soldinus aliorum effugium proponit,
Et impugnat.*

12. Octissimus M. Curiel ubi supra invenimus censens consequitionem Patris Vasquez, & aliorum ex principiis D. Thomæ, si peccatum contra naturam soli temperantia opponatur, respondet, peccata luxurie non solu temperantia, sed justitia etiam adverterat. Sic tradit art. 4. §. 2. cens: * Fornicationem esse peccatum gravissimum, non præcisè quatenus est contra temperantiam, sed quatenus habet aliquid injunctum admixtrum. Quod prædocuerat M. Sotius lib. 5. de justit. quæst. 2. art. 1. sic: * Fornicatio est quadammodo contumeliam, quæ erga futuram prolein servanda est. Constituitur autem principaliter in specie intemperantia, quia non est contra personam actu existens sed contra illam, quæ est tantum in potentia. Non mirum, quia impedit generationem, si species peccati contra naturam: vel saltem regulatitudinem inservit, & nutritio prolis, si peccatum fungit fornicationis sit. Sed hic Author hoc di complutensi etat in 4. sentent. diff. 12. q. 1. art. 1. ref. 10. detur autem: quia planè concedit, peccatum non ex suo genere gravius esse peccato fornicationis, quod istud intemperantia, illud vero justitia, quæ præstantior est virtus, opponit. ergo aperte peccatum fornicationis ex suo genere non est contra justitiam.

13. Verum sententia prefata Magistri Complutensi lib. 5. de justit. supra citato est expedita D. Thomæ 2. 2. quæst. 154. art. 3. ubi aperte afferit, fornicationem secundum suam speciem, esse gravius peccatum fornicationis. * Quia est (inquit) contra bonum hominum naturam, & idem est gravius peccatum secundum suam speciem peccatis, quæ sunt contra bona exteriora, non est furcum, & alio hujusmodi. Quem sequitur Cajetanus ibi. P. Azor 3. part. lib. 3. cap. 4. fol. 20v. Zumel 1. 2. quæst. 7. 4. art. 4. Syrus lib. 2. cap. 7. non in fine. Herrera 1. 2. diffut. 2. quæst. 4. & 6. P. Martini in slatera diffut. 5. quæst. 23. & Vincentius Baroñius supra fol. 90.

14. Hæc doctrina, licet non pauci difficultas sit, neque ab omnibus recepta, urdit Lora 1. 2. 4. p. 19. de peccatis, memb. i. apitissima est ad prædicem difficultatem enodandam. Ceterum gravioribus aliis ex D. Thomâ doctrina suborsa implicatur. Primo, quia 1. 2. quæst. 66. art. 4. verbis ex illo scriptis numer. 1. iustitiam constituit præstantiori virtutis temperantia in venientis, quod veram non est

Si temperantia includeret justitiam: Secundò, quia quæst. 73. art. 5. ad injustitiam propriam adulterii re-
currit, ut inde proberet, esse maius peccatum furto,
quod frustra fieret, si fornicatio simplex gravius fur-
to peccatum esset. Tertio, quia tota ratio injusti-
tiae, quam præfati Doctores considerant, peccato
contra naturam, vel fornicationis admixtam, desu-
mitur ex injuria, que prolifi potest, & cui semini-
nis mala administratio nocere potest. Hæc autem
ratio malicie, in qualibet peccato carnali, ut opposi-
to temperantie in venereis, reperitur, ut ex Cajeta-
no 2.2. quæst. 154. art. 4. tradit Curiel ubi supradicte 2. in
fine. Ergo ratio hæc malicie est formaliter inclusa in
peccato intemperantiae ut tali; atque peccatum nefan-
dum, quatenus est contra temperantiam, non est
gravius furto, ut ferè omnes citati fatentur; ergo
absolutè, & simpliciter non est gravius, quia non est
alia species virtutis justitiae condistincta à tem-
perantia, cui tale peccatum opponatur.

15. Quartò denique, quia si peccatum nefandum,
vel fornicationis, ut est præcisè contra temperantiam,
non est gravius furto, neque erit grave, ut est
formaliter contra temperantiam, sed solum ex cir-
cumstancia in justitiae trahentis in aliam speciem, nam
propter solum damnum prolis est mortale pecca-
tum. Quod dicere nefas est. Præterquam quod,
sic proles Ius non habet justitiae, ut generetur, ita
nec ut generetur modo convenienti ad rectam educa-
tionem, nec ut non impeditur generatio. Ergo in
peccato contra naturam, & in fornicatione, nulla
continetur in justitia; alias delinquens teneretur ex
justitia ad restitutionem dæmini, quod ex prole orta
ex fornicatione, subsequetur: quod in nullius
mentem venit. Si autem semel detur simplicem for-
nicationem non contineat malitiam contra justi-
tiam, sed intra metas intemperantiae noxiā esse
proli, idem à fortiori de peccato contra naturam di-
cendum erit. Unde difficultas argumenti P. Vas-
quez, & aliorum reeruditissimorum, quia temperantia, cui
ejusmodi peccatum opponitur, inferior est justitia,
cui furum. Quapropter ei succumbere tenetur M.
Lopez de Texeda, qui omnia principia, quibus au-
thores citati nituntur, absque limitatione concedit.
Nam lib. 2. tr. 3. contr. 7. expresse tradit peccatum
fornicationis, (& consequenter peccata contra na-
turam) solum opponit temperantiae: & contr. 11. dub.
ult. num. 177. inquit, justitiam, cui opponitur furum,
esse longè majorem, & perfectiorem virtutem tem-
perantiae, & peccatum, ut docet D. Thomas, eo esse
gravius ex natura sua, & specie, quo majori virtuti
opponitur. Ex quibus præmissis inferit, homicidium,
quia justitia adversatur, esse gravius peccatum forni-
catione: unde & furum gravius esse, consequen-
ter inferit; & utrumque à fortiori majus esse pec-
catum sodomitæ. Alijs eius argumentum nil con-
cluderet.

S. III.

Vera, & tenenda sententia.

16. Iacet Doctores supra citati, & fundamenta
prædicta ab omni improbabilitate, & alterius
censura nota immunem reddant suam opinio-
nem; contrariam tamen in sensu ab aliis Theologis
communiter intento (nempè furum secundum
suam speciem esse peccatum minus grave sodomitæ)
sustinendam censeo, quam tenuit D. Thomas tertio

contra gentes, cap. 102. Ubi post peccatum homicidii,
peccata contra naturam secundum locum tenere af-
ferit. Et 2.2. quæst. 154. art. 12. ubi ait, peccatum con-
tra naturam esse maius adulterio: adulterium au-
tem maius est furto; ergo & peccatum contra natu-
ram: imo & fornicationem ait ibidem art. 3. secun-
dum suam speciem esse gravius peccatum furto. Un-
dedubitate non potest, juxta D. Thomam, furum
mortale, ex suo genere, levius peccatum esse sodomi-
a. D. Thomam sequuntur communiter Theolo-
gi. Tannerus 1.2. disput. 4. quæst. 3. dub. 2. num. 29. Va-
lentia 1.2. quæst. 2. punt. 2. Azor lib. 4. cap. 19. quæst. 4.
Suarez 1.2. disput. 2. de essentia peccati, sect. 2. Baldellus
lib. 2. de peccatis in communi, disput. 28. num. 4. ver. Vira-
men, & Doctores omnes societatis. M. Sotus lib. 4. de
justit. quæst. 3. art. 3. & quæst. 10. art. 3. Corradus, Medi-
na, & ceteri Thomiti 1.2. ad art. 4. quæst. 73.

17. Probatut primo ex Genes. 5. ubi sacer textus ait:
Sodomites & peccatores erant, & peccatores coram domino nimis.
Ubi septuaginta Interpretes sic legunt: Pecca-
tores in confusione dei rebemerentur: quibus hujus peccati
gravitas, & magnitudo denotatur. Secundò probatut
ex Sanctis Patribus. Chrysostomus homil. 4.
super Epistol. ad Roman. ibi: Quodcumque delictum
nominaveris, nullum huic peccato par dixeris, qui
si facta sua sentirent, qui patiuntur, lexcentas utique
mortes obirent, ut ne hoc paterentur. Neque enim
est hic injury alia illa nec gravior, nec ratione mi-
nus habens. Similiter loquitur Augustinus lib. de
Adulteriis conjugis, cap. 9. & referrur 32. quæst. 7.
* Adulteriū malum (inquir) vincit fornicationem,
vincitur tamen ab incestu: peccatum enim est cum ma-
tre, quam cum alia uxore concurrere: sed omnium
horum est pessimum, quod contra naturam fit, ut si
vir membro mulieris ad hoc non concessu voluerit
uti. * Ex quibus apertissime constat juxta mentem
Sanctorum Patrum, peccatum contra naturam gra-
vius esse peccato adulteris, ac prædicto gravius fur-
to, quod ab adulterio superatur.

18. Tertiò probatur ratione. Quia illud peccatum
cenfetur gravius secundum suam speciem, per quod
majus, & præstantius bonum lèditur, unde quia
Deus secundum se est præstantius bonum, quam ho-
mo, & homo secundum suam substantiam, quam bona
externa: Ideo peccata, quæ immediate sunt con-
tra Deum, ut heres, odium, & blasphemia, gravi-
ta sunt, quam ea, quæ sunt contra proximum, ut fur-
tum, detraccio, & homicidium. Et inter ea, quæ sunt
contra proximum, graviora sunt illa, quæ sunt contra
eius substantiam, quam quæ contra bona externa; ut
homicidium est gravius furto. Cum ergo peccatum
contra naturam, contra melius bonum sit, nempè
contra vitam, quæ est in potentia, quam furum,
quod est contra bona externa; nequit non maius, &
gravius esse peccatum, quam furum, ut bene dicit
D. Thomas supra 2.2. quæst. 154. art. 3. Quem sequuntur
M. Sotus, Zumel, Herrera, Sayrus, Azor, & alii
supra citati, num. 12. & 13. & alii, quos sequitur Salas
1.2. tom. 1. q. 73. tradi. 15. disput. 5. sect. 3. num. 38. subne-
ctens, ferè omnes ita docere. D. autem Thomas, dum
aut, fornicationem secundum suam speciem esse gra-
vius peccatum furto, clare innuit, quod secundum
quod opponitur temperantiae, gravius furto pecca-
tum est. Quod non aliunde probat, nisi quia est
contra maius bonum: cuius argumentum magis
urget in sodomitæ, & aliis peccatis contra naturam,
quia quantum est ex ipsiis, totaliter evertunt adæqua-
tam rationem virtutis castitatis, & ad speciem radici-
tus evellementam tendunt.

19. Ex

19. Ex his difficultè non erit à difficultate ex principiis D. Thomæ suborta me expedire; & ut felicius, præmito, virutem justitiae in rôta sua latitudinem triplex bonorum genus pro objecto habere: aliud eorum, quæ ad vitam, aliud, quæ ad honorem, & aliud eorum, quæ ad divitias pertinent. Temperantiam vero in venereis unum tantum bonorum genus respicere, nempe eorum, quæ ad vitam futuram prolis. Unde fit primum, speciem justitiae, quæ vita præfenti conservanda consulti, melius bonum pro objecto habere, speciebus alius justitiae, quæ circa honores, aut divitias versantur; ac proinde præstantiores carteris esse. Præterea secundum hanc rationem præcellere etiam virtutem temperantiae in venereis, quam temperantia vitam solum in potentia, que minus bonum est, quam vita in actu, pro objecto habet: quapropter homicidium majus peccatum est, quam peccatum contra naturam, ut ait D. Thom. *suffia tertio contra gentes*, cap. 122. verbi illis: * Post peccatum homicidii, quæ num. 9. fideliter excerpta dedit. * Fit secundum, justitiam, prout ad honorem, & divitias conservanda, vel restituenda terminatur, inferiorem esse virtute temperantiae, quia haec majori bono, nempe vita prolis in potentia consulti, atque adeo peccatum contra temperantiam gravius est detractione, & furto, quia vita hominis nascitur bonitate excellit honores, & divitias. Quapropter Div. Thom. ubi supra quæst. 154 art. 3. citato, jure dixit, fornicationem secundum suam speciem esse gravius peccatum alius, quæ sunt contra bona externa, sicut est fursum, & alia hujusmodi.

esse, quam genus temperantiae, quia illud habet in objecto ali quod bonorum genus, nempe vitam humanis præsentis, longe excellens objectum temperantiae. Quid verisimiliter esse non inveniunt possunt. Quapropter P. Arriaga tom. 3. deuter. & pater. lib. 42. sed. 3. num. 35. postquam de gravitate peccatum comparatio facta inter peccatum gravatum & peccatum luxuriae contra naturam, considerat patris Vasquez sententia dicens: * Solum dum in genere suo esse gravius, quod nos non negamus, admisimus tamen non obstante ea generis diversitate, hoc individuum (nempe sodomitam) esse gravius (vel licet furto) quod ex genere suo aliud est. Quod verisimiliter esse satis constat ex dictis. Nec vel quaez unquam negavit, quamvis Hieronymus Garcia, & alii laxius loquiti fuerint, non bene pro eolum adducentes: cum adverteat debilitatem in genere, quo semper sententiam limitavit, locum inquisisse majori gravitati specificæ, & individuum, quam communis Theologorum sententia, alio modo curans, ut indubitatam, & lumine naturæ nominis & tenus astruxit.

20. Hinc ad argumentum ex principiis D. Thomas supra confessum facile respondeo, & ut clarius, illud in ita stupo. * Peccatum est gravius, quod majori virtuti opponitur: sed furtum ex suo genere opponitur justitia, quae est major virtus: sodomia temperantia, quae est minor; ergo furtum est gravius peccatum, quam sodomia. * Distingo maiorem, quod majori virtutis secundum speciem, cui immediate opponitur, concedo, secundum genus tantum nego. Et similiter distingo minorem: Justitia, prout respicit vitam presentem proximi, est major virtus, quam temperantia, concedo, prout alia bona externa, nego: quia vita hominis nascitur, cui temperantia consiluit, magis est bonum, quam honores, & divitiae, qua ista species justitiae habent pro objecto. His, ni fallor, eneruant omnino argumentum, in quantum oppugnat communem omnium apprehensionem circa gravitatem peccati, & magis roboretur vera, & communis sententia assertens, peccatum sodomie, secundum suam speciem, gravius esse, quam fureum; quia licet genus justitiae praestans sit genere temperantiae, & in hoc sensu vere dicatur peccatum iustitiae ex suo genere gravius esse peccato intertemperantiae (quod tamen afferunt P. Valq.) non incongruit, aliquam justitiae speciem ratione differentiae specificae a perfectione temperantiae superari, sicut in physicis contingit: ceterum namque Empireum perfectius est, quam musca, licet genus viventis, sub quo ista continetur, praestans sit. Quis inquit negat sodomitam crimen esse enormum? si immum flammam revera ultricibus expandiunt. Recepit ergo coheret etijsmodi peccatum absolute, & simpliciter loquendo gravius esse, coram Deo, & hominibus, qualibet furto, quantumvis immani, & tamen secundum quid, & cum addito ex suo generale levius furto peccatum appellari. Quia per haec solum significare intendunt P. Valq. & lequaces, genus justitiae, sub quo plures species continentur, perfectius

QVÆSTIO VI.

*Sitne usura, aliquid supra sortem ex-
igere pro obligatione non repen-
di mutuum intra certum
tempus?*

§. I.

Sententiæ negantis fundamenta.

I. *R*es sanè difficilis, & multis und quæque
irretita, & in cuius enucleatione, alli-
gatum, alii in gratum facere, opus est. Si
non idem veritas tenebris involuta deferenda. In
parte negante, usurpar esse, aliquid exigere proua-
dicta obligatione, militare, que sequuntur.

2. Non repetere mutuum in fine anni anni, dilationem concedere, est virtutaliter mutuare, ergo obligatio ad non repetendum est obligatio a virtutaliter mutuandum. Ex hoc principio se arguit obligatio nunc facta non repetendi mutuum in fine hujus anni, est obligatio mutuandi in futurum. Obligatio mutuandi, est pretio a estimabili, ergo obligatio non repetendi mutuum. Consequenter legitima, major per se nota: minor probat ab authoritate: quia ea cum expresse tenuit D. Thom. 2. q. 78. art. 2 ad 2. Cajet. & Aragonib: Saloni, Diana, Conrado, Sylvester, Medina, Palacio, Covarrubias, Tabiena, Atmilla, Toledo, Molina, que sunt & lequiritur Salas tract. de usura, dub. 3. num. 1. Set qui recentere immorti? feri omnes Doctores, vel agnoscere facta, ducis veligilis insistentes, imbus consipirarunt. Ergo saltem auctoritate extinse major probabilis minor illa propositio. Ex majori autem evidenti, & minori, auctoritate extinse, probabilem non improbat.

3. Præterea. Minor illa prepositio ratiōne
pondere sic stabiliri potest. Obligatio ex jūtis
mutuandis in posterum adimit obligatio suam
libertatem, eunque quasi alteri subjicitur; sed homini
te ipsum sua libertate privare in alterius obligationem

est pretio estimabile: ergo obligatio ex justitia est pretio estimabilis.

4. Ad rem igitur propterius accedendo, sic instaurum argumentum. Obligatio ex justitia ad mutuandum est pretio estimabilis, quia sic ad strictus privatur sua libertate ad non mutuandum, sed qui se obligat ad non repetendum mutuum intra certum tempus, privatur sua libertate repetendi: ergo obligatio ad non repetendum est pretio estimabilis.

5. Confirmatur ex communi Doctorum sententia, quam tenent Aragon, Mascardo, Emanuel, uterque Medina, Lopez, Grassi, Angles, Navarro, & alii, quos sive fuit, & sequitur Salas dub. 14. qui assertunt, ut mutuare cum pacto, ut mutuarius potest conferat Ecclesiasticum Beneficium: & redditum rationem, quia illa obligatio ad conferendum admittit libertatem collatori, ac proinde est pretio estimabilis. Benè. Sed obligatio non repetendi mutuum intra annum admittit libertatem mutuanti, ergo est pretio estimabilis. Ergo licet aliquid supra sortem exigere pro hac obligatione: sicut & pro danno emergente, quis pretio estimabilis est.

6. Secundo argumento ex P. Molina, Conrado, Soto, Armilla, Joanne de Medina, Lopez, Navarro, Aragon, & Toledo apud Salas dub. 9. num. 4. §. Præterea. Qui confiterantur eum, qui mutuavit cum pacto, ut mutuarius aliquid supra sortem redderet, non solum tenet retribuere acceptum, & damnata, qua mutuariario evenierint, verum etiam aliquid ultra ei conferre ratione obligations, quam suscepserat. His positis: sic insurgo. Illa obligatio, à mutuariario facta, non sicut vera, sed apparenſ, iuripotē quia nullum nullitas jus concilii mutuanti, ut in confessio est apud omnes, & tamen pro illa est aliqua compensatione facienda, ut prædicti Doctores afferunt; sed obligatio non repetendi mutuum intra annum, est vera obligatio, & non apparenſ: ea etenim ex justitia manet mutuans alteri ad strictus, verumquæ, & strictum jus mutuariario confert: ergo pro obligatione non repetendi mutuum intra annum, aliqua compensatio potiori jure est facienda. Mirabile enim dictu esſet; posse mutuarius aliquid exigere pro obligatione ficta, & hoc non licere mutuanti pro obligatione vera! Quasi pejoris esſet conditionis, quia beneficium contulit.

7. Dices cum aliquibus: eum, qui se obligat ad non repetendum mutuum, non manere ad strictum ad mutuandum formaliter, sed solum ad virtualiter mutuandum, cum non repetere, sit virtualiter mutuare. Unde licet pro obligatione ad mutuandum formaliter, possit aliquid supra sortem exigere: secus pro obligatione ad mutuandum virtualiter. Sed amicorogos, quid ad rem, mutuatio sit virtualis, an formalis? cum realiter idem effectus resuluet. Verum ne inde ullus patet aditus, effugium tibi praecludo, à fidejusso que repagulo accepto.

8. Fidejusso; ut docet Salas suprā dub. 11. numer. 2. (& nullus, ut crede, inficiabitur) nil aliud est, quam obligatio ad virtualiter mutuandum, ut ex se patet: quia fidejusso est obligatio ad solvendum pro alio: si alio autem pro alio, est virtualiter illi mutuare. Modo sic. Fidejusso est pretio estimabilis, potestque pro ea aliquid exigere, ut tenent Sotus, Salomon, Navarra, Molina, Verga, Emanuel, Joannes de Medina, & alii: ergo obligatio ad mutuandum virtualiter est pretio estimabilis: ergo differunt a te aſſignatum omnino evanuit. Ergo licet obligationem repetendi mutuum intra annum, tantum adstrictum est ad mutuandum virtualiter, est pretio estimabilis.

bilis, ergo poterit pro ea aliquid supra sortem exigere.

9. Urgetur primò. Fidejubere, alterius nomine, ad annum, pro mille aureis, verb. grat. est pretio estimabile, licet in debito nūllum sit periculum, ut expressè fatentur Doctores suprā citati: ergo mutuare cum obligatione non repetendi, erit pretio estimabile: nam, ut benè ait Lessius dub. 14. hoc est difficultus, quā illud: plures enim invenies, qui nomine tuo fidejubebant pro tanta summa, quām qui eam tibi velint ad annum mutuare, ut experientia constat. Nam qui fidejubet, cuia nullum est periculum, moraliter certus est, nullam à se pecuniam numerandam: quod si fortasse aliter contingit, certus est, eam recuperaturum, in modo potest eam statim repetere, & omne interesse. Qui vero mutuat, jam re ipsa numerat, & quidquid evenierit, non potest ante annum repetere: eis si aliquid interesse cessaverit, non compensabitur, nisi de eo expressè fuerit convenutum: ergo difficultus, & estimabilis est, mutuare cum obligatione non repetendi per annum, quam pro eadem summa fidejubet: sed pro hac fidejussione potest aliquid exigere, ergo & pro illa obligatione.

10. Primo secundò: Fidejusso pro mille aureis est obligatio solvendi, si mutuarius non fecerit promissis: solvere autem pro mutuariario est illi virtualiter mutuare, ut constat ex dictis: virtualiter vero mutuare, nil aliud est, quām minus habere in suis bonis eam summam, donec mutuarius compenset. Ex quibus sic formo argumentum. Ideo fidejubere est pretio estimabilis, quia fidejubens quatenus est ex se, exponit minus habere in fine anni eam summam in suis bonis, & ea invitus carere, donec mutuarius compenset, sed qui mutuat cum obligatione non repetendi intra duos annos, exponit quatenus est ex se minus habere in fine anni eam summam mutuaram in suis bonis, & ea invitus carere usque ad compensationem, ergo sicut illa fidejusso est pretio estimabilis, ita & hæc mutuatio. Si enim, qui mutuat, in se suscipit onus fidejussoris; & hic potest aliquid pro talis onere exigere; quare mutuanti id non licet. Nonne concursum erit, ut qui incommode sentit, sentiat commodum? Tantum ne crimen est mutuasse, ut ipso facto incurrit penam privationis lucri, quod alter eodem suscepto onere sibi pararet; ergo licitum erit aliquid supra sortem exigere pro obligatione non repetendi mutuum intra certum tempus.

11. Haec sunt fundamenta, quæ pro hac sententia congeri possunt: quam absolutè defendant Medina Cod. de Restit. quæst. 32. & M. Petrus de Ledesma 2. p. Samm. tral. 8. cap. 33. conclus. 4. diff. 2. folio mihi 546. in edit. Salmantina, anno 1614. ubi ait, esse communem inter discipulos D. Thomæ, verba eius sunt: * Si la obligacion de novolver a pedir es por mucho tiempo, se puede muy bien estimar en precio, y por razon de aquella obligacion se puede muy bien llevar el justo precio, sin usura ninguna. Esto enseñan todos los discípulos de Santo Thomas. La razon está clara, porque la tal obligacion es estimable con precio. * Sic ille. Quem sequitur M. Serra 2. 2. quæst. 78. art. 2. dub. 3. ibi: * Dicendum est secundò, licet etiam esse mutuanti, aliquid ultra sortem exigere, si se obligat ad non repetendam sortem, usque ad certum terminum. Hujus oppositum tenent Lessius, & alii recentiores, &c. * Quibus addit. M. Acacium de Velasco tam. 2. Resol. Moral. verb. Vñara, resol. 455. num. 1. ubi sic: * Preguntan los Doctores, si por la obligacion, en que se puso, deno pedir se le halle pasado el anno, pueda llevar algo mas ultra sortem? Et cito-

citatibus pro parte negativa Jesuitis, Turriano, Molina, Salas, Layman, & Hurtado, responderet: * No obstante, que esta opinion es probable, siento, que la del Maestro Ledesma lo es tambien; y se puede seguir con mucha seguridad de conciencia, con que sea poco lo que se le llevare, como tres, ó cuatro libras por ciento. * Et eam tueruntur Cælestinus in *Compendio Theolog. Mor. tractat. II. cap. 5.* Caramuel in *Theolog. Fundamentalis. Fund. 60. §. I. a. num. 1264. fol. mibi 623. & 636.* Fr. Philippus de la Cruz *tract. unico de intercessione, fol. 9.* Diana i.p. tit. 8. *refolut. 48.* & probabilem esse dicunt Bertranius Louth in *Resol. Theologicis, tract. 9. q. 1. art. 4. tit. 2.* & non esse improbatum putant Trullench lib. 6. in *Dec. cap. 16. dub. 12. in fine.* Joannes Henriquez in *qq. practicis, sect. 23. q. 4. num. 13.* & Basilius in *Floribus, verb. Vfura, num. 9.*

S. II.

Contraria & vera sententia.

Contraria vero sententia omnino tenenda est. Sed ut jacula intorta retorquendo disjiciam; duo mihi stabilenda sunt: Primum, obligationem mutuandi in posterum, sive formaliter, sive virtualiter, non esse pretio estimabilem (omni incommodo, & periculo secluso.) Secundum, etiam hoc gratis dato, non licere, aliquid supra sortem exigere ratione praedita obligationis non rependi mutuum. Ad primum igitur procedendo, sic argumentum conficio.

13. Obligatio non rependi mutuum, est obligatio virtualiter mutuandi in posterum, sed pro obligatione mutuandi in posterum nil potest supra sortem exigiri: ergo nec pro obligatione non rependi mutuum. Consequenter legitimè deducitur, major est certa, minorem probo. Primò ab auctoritate, quia ita tenent Adrianus in 4. materia de Rest. quest. de Vfura. §. Sed contra. Almainus in 4. dist. 15. quest. 2. S. Antoninus 2. p. tit. v. cap. 7. §. 10. N. varrus cap. 17. numer. 120. & 123. Angelo verb. Vfura 1. quest. 4. & Holstiens apud illud. Salomon hic art. 2. cont. 3. Emmanuel i.p. cap. 111. num. 2. & tom. 2. Sum. cap. 197. num. 5. Vega verb. Vfura, casu 76. Aragon hac quest. 78. art. 1. ad 3. pag. 668. P. Salas trad. de Vfura, cap. 9. 10. & 17. Favet etiam P. Sa verb. Mutuum, num. 2. Major, Joannes Andreas, Laurentius de Rodulphi citati ab Azor p. 3 lib. 5. cap. 7. quest. 1. & probabilem putat Malderus in 2. 2. tract. 5. cap. 3. dub. 4. Verum cum pro contraria sententia auctoritas etiam aliorum non minoris momenti militet; ad rationis pondera fideli lance libranda deveniendum est. Sic igitur minorem illam probo. Mutuare statim non est pretio estimabile, ut fide sanctum est, & lumine naturali notum, ergo nec se obligare ad mutuandum post mensem. Consequenter pater, quia omni alio periculo, incommodo & secluso, molestius est statim mutuare, quam post mensem: plures enim invenies, qui se obligant ad postea mutuandum, quam qui statim mutuarent. Qui enim modo mutuat, modo privatur rei dominio, & in aliud transfert, qui vero in posterum se obligat, toto intermedio tempore resua potitur. Quare ergo erit pretio estimabile, se obligare ad mutuandum post mensem, & estimabile non erit, statim mutuare, cum hoc tibi molestius sit, & mihi commodius. Meritabile quidem esset, pluris valere spem beneficii, quam gaudium, & me teneri pecuniam tibi ut debitam tradere, quia beneficium conferte distulisti.

Si & sicut & te non posse pecuniam exigere, quatuor das, posse vero quia mutuo dabis!

14. Urgeret, nam si obligatio ad mutuandum, pretio estimabilis, stolidus sane erit, qui lucrum a mutuo ob timorem culpæ non reporteret: nam si bene notat Bannez supra, quid facilis, quoniam possit mutuum dicere: nolo mutuare hodie, sed habeo obligo ad mutuandum post mensem: & ratione ius obligationis premium petere aequaliter videtur.

* In quo casu nemo (inquit) negabit, tali pugna usurpari esse.

* Et merito: naturali enim ratione

pugnat, quod laudi, & premio tibi veteratum, quod

semel dederis: alteri virio, & peren, quibus est,

cum cito dederit. Nonne hoc injunctum mutu-

stam continere, luce meridiana clarus est?

15. Dices, magnum esse discrimen: non quia

obligari ad mutuandum, privatur sua libertate, quia

est pretio estimabilis: Benè. Sed qui mos non na-

tum, privatur etiam sua libertate: ergo si pro obli-

gatione licet aliquid exigere, licet etiam princi-

puatione. Probo antecedens: quia detractione non

essentialiter est, dominum tradere pro aliquo tem-

po, arbitrio contrahentium determinato. Ergo

statim mutuat, privatur pro aliquo tempore liber-

te re utendis, alteri mutuandi, in alio tempore as-

sponendi: Ergo vel pro actione mutuandi potest

quid supra sortem exigiri, quod haec cum etiama

obligatione mutuandi non potest. Utroquin in

privatio libertatis reperitur: si ergo haec obli-

gationem mutuandi pretio estimabilem reddit, caro

redder mutuacionem ipsam?

16. Ecce à posteriori evidens pro nostra sententia argumentum. Pro actione mutuandi nil potest

præ sortem exigiri ut fides, & ratio naturalis docit.

Ergo in actione mutuandi nil supra sortem potest

estimabile reperitur. Hæc consequentia est Theologica.

Sed in actione mutuandi est aliquo potest

libertatis. Ergo privatio haec libertatis non est pre-

estimabilis. Est evidens consequentia.

17. Dices secundò: hoc argumento manebit convinci, obligationem ad statutum, verbi gratia hebdomadam mutuandum, non esse pretio estimabilem, ut docent Victorini tract. de Vfura, art. 11. varra de Rest. lib. 3. cap. 2. dub. 4. illatione 1. allecens opinionem D. Thoma. Corradinus Sun. aud. P. Reginaldus tom. 2. dist. 25. cap. 11. P. Luytius 3. sect. 5. tract. 4. cap. 16. num. 3. P. Lefluss cap. 20. dicit locus obligationem mutuandi post mensem. Sed contra. Quia ideo obligatio mutuandi post mensem est pretio estimabilis, secundum adversarios, qui secum importat privationem libertatis hec oblige contingit in obligatione mutuandi post hebdomadam: ergo. Quod verò in uno casu de turba majoribus privatio, quam in alio, solum probat, estimabilitatem non esse aequalem: non autem nullum est Exemplo confirmo. Si conducas viam operari hebdomadam, & alias per mensem: non inferius non esse mercede dignum, sed acerum majorem premeri: ergo ex eo, quod privatio libertatis mutuandi fuit tantum ad hebdomadam non inferius, estimabilitum non esse; sed non esse estimabilem tanti, quanti si ad mensem. Ergo vel dicendum, obligacionem mutuandi in posterum non elegeri estimabilem, vel non inficiandam, pro actione mutuandi, posse aliquid supra sortem exigiri.

18. Secundò argumentor partite accepta acco-

tra actum emptionis, & venditionis. Et majoris clavis

gratia ponamus, domum tuam mille aureos ve-

lentem, ab altero enim, anticipata solutione. Illud

rum numerat pecuniam, & tu obligaris post annum domum tradere: quod licitum esse, nullus est, qui dubitet. Probo igitur, hunc contra étum esse injustum, si obligatio ad mutuandum sit pretio estimabilis. Et procedo sic. Pecunia tradita, & valer domus tradenda a qualitate librantur, ergo cuiuscumque addatur aliquid pretio estimabile, inæ qualitas constitueretur: probatio non indiget. Sed ex parte vendentis aditum obligatio tradendi post annum, quæ est pretio estimabilis, ut pote privatam libertatem, ergo et iustitia a qualitas servetur, opus erit, ut qui anticipatè solvit, aliquid ultra pecuniam, supra domus estimationem, numeret, pro obligatione venditore suscepta: Quod ritum moverit.

19. Confirmatur exemplo ab adversariis admisso. Quivis potest, nolle mutuare pecuniam nolenti sibi trucum, verb. grat. mutuare; quia in hoc casu exigitur mutuum pro mutuo, in quo est æqualitas. Secus (inquit) si mutuum petenti dicas, mutuabo, si te ad mutuandum post mensem obliges: redditum rationem, quia licet unum murum sit æquale alteri teosim sumpto, non tamen ut conjunctio cum obligatione in posterum, cum hæc obligatio pretio estimabilis sit. Benè. Ergo cum pecunia numerata sit æqualis valori domus teosim sumptus, non erit æqualis valori domus, & obligationi in posterum tradendi simul, cum illa obligatio pretio estimabilis sit. Quicquid ad hec?

20. Perpende quæsto, dissonantiam sententie. Si vendor itatim domum tradat, mille aurei tibi sufficiunt, si pretio unum protrahat, pretium augere tenetis. Si statim alteri tibi mutuet, nil pretio estimabile facit; si beneficium differat, dignus est mercede. Inauditum sane, ad aliquid ultra rei valorem me teneri, quia anticipatè pecuniam illi numerayit. Nonne hoc omni probabiliter destitutum, rationis lumine notum est? Ergo obligatio mutandi non est pretio estimabilis.

21. Tertiò sic argumentor. Si tibi debeam centum in fine hujus anni solvenda: possum modo tibi quinquaginta offerte cum pacto, ut alia non solvant ante biennium; ut ipsimet adversarii fatentur; sed hoc est dare mutuum implicitum cum pacto, ut vicissim implicitè remittes in fine anni, ut expresse tenet Lessius hic dubit. 8.n.59. & dub. 3.n.21. Ergo obligatio in posterum mutuando non est pretio estimabilis, alia in prædicto contractu intervenient usura: sed obligatio non repetendi mutuum intra certum tempus, est obligatio virtualiter mutuando ergo estimabilis pretio non est.

22. Quartò, fidejusso est obligatio ad mutuandum virtualiter, & tamen non est pretio estimabilis, si periculosa non sit: tenet Salomon art. 2. contrar. 4. in fine. Sylvestri verb. Vtura 7. quæst. 6. verb. Fidejusso, quæst. ultim, ubi Armilla num. 15. Tabiena num. 16. In idem inclinat S. Antonius 2.p. tit. 1. cap. 7. §. 45. cum Laurentio de Rodulphis. D. Bernardinus tract. de Restit. relata S. Anton. Caballinus quæst. 31. de Vtura, n. 251. Covarr. Conrado, G. 1. quos refert, & sequitur Salas in dub. 11. Ergo obligatio prædicta non repetendi mutuando, non est pretio estimabilis.

23. Verum quia alii contrarium tenent, sic retorique. Fidejubere, etiam secluso periculo, est pretio estimabile in opinione adversariorum, quia fidejubens quatenus est ex se, exponitur minus habere in suis bonis eam summam, & ea initus carere tempore præfixo, donec mutuarius solverit, sed qui mutuat, eo præcisè exponitur, quatenus ex se minus ha-

bere in suis bonis summam mutuatam, eaquæ invitatus carere tempore præfixo, donec mutuarius compenseret: ergo actio mutuandi ranti estimabilis est, quanti fidejusso; sed pro actione mutuandi nil potest exigi, ergo nec pro fidejusso, ergo nec pro obligatione virtualiter mutuandi, ergo nec pro obligatione non repetendi mutuando certum terminum.

24. Urgentius premo, fidejusso, etiam periculo secluso, est pretio estimabilis, ergo si mutuans se suscepit onus fidejusso, poterit aliquid suprà sortem exigere. Cur quo, mutuanti non licet lucrari, quod alii licet? quid enim repugnat, mutuantis, & fidejusso munus ab eodem obiri. Sed eo precise, quod quis mutuaverit, in se suscepit quidquid oneris habet fidejusso, ut probavi: ergo quilibet mutuans poterit aliquid suprà sortem exigere ratione fidejusso, quæ mutuandi actione reperitur: Quod hæreticum est.

25. Dices cum Navarro, Salom, & Salas suprà dub. 11. fidejuslorem fictum, & in veritate mutuatores, non committere peccatum usus, si pro fidejusso aliquid suprà sortem exigat, esse tamen injustitiam. Sed contra. Quia ex eo, quod mutuans ipse fidejubeat, nullum damnum evenit proximo, quod, alio fidejubente, non eveniret, ergo ex eo, quod idem mutuans, & fidejusso existat, nulla infertur proximo in justitia.

26. Et confirmatur ex doctrina adversariorum. Mercator omni pacto secluso, statim emens in simo pretio merces, quas immediatè ante summo vendiderat, non facit in justitiam proximo, ut fatentur Lessius lib. 2. cap. 21. dub. 16. num. 130. Molina tom. 2. disp. 310. Azor p. 3. lib. 8. cap. 11. Bonacino de Contradicibus disp. 3. quæst. 3. puncto 3. num. 20. Navartus, Navarra, Homobonus, Regius, Summa Corona, Graffius, Angelus, Lopez, Vega, & alii, quos refert, & sequitur Diana tract. 8. de contradic. resol. 58. Et redditum rationem, quia ex eo, quod mercator vendiderit, non sit deterioris conditionis, quam alii, sed alii possunt vili pretio enere absque in justitia: ergo & mercator. Benè. Sed ex eo, quod Petrus mutuo dederit, non sit pejoris conditionis, quam qui nondederunt, ergo si alii possunt fidejubere, & absque in justitia aliquid exigere pro fidejusso, ergo & Petrus etiam poterit. Consequens est falsum, ergo & antecedens. Ergo pro obligatione mutuandi virtualiter non licet, aliquid suprà sortem exigere.

27. Ratio à priori hujus doctrinæ manifesta est: quia obligatio eatenus est pretio estimabilis, quatenus alteri præbet jus ad rem, unde ex iuri estimabilitate, libraria est obligationis estimabilitas. Jus autem ad rem non est pluris estimabile, quam res, ut tenent communiter Doctores cum Barroli, per diversas. C. mandari, & Baldo, leg. 2. C. ne lice pendente. Ergo jus ad mutationem non est pluris estimabile, quam mutuatio: consequentia est evidens. Antecedens probo. Jus ad 10. valet 10, jus ad 5. valet 5, & sic in ceteris, ergo jus ad rem non pluris valet, quam res: ergo jus ad mutationem non pluris valet, quam mutuatio; sed mutuatio non est pretio estimabilis, ut fides docet, ergo nec jus ad mutationem, ergo nec obligatio ad mutuandum, quæ accipit estimabilitatem à jure, ergo licet obligatio non repetendi murum intra certum tempus, sit obligatio ad mutuandum, non idem tenendum esse pretio estimabilem. Deinde mutuum essentialiter est traditio domini pecunie pro aliquo tempore: ergo intrinsecè dicit obligacionem non repetendi intra certum terminum;

Yy sed

sed pro mutuo nil potest supra sortem ex*xi*, ergo nec pro obligatione.

28. Verum enim verò, eti gravis demus adversariis, obligationem mutuandi ratione sui esse pretio estimabilem; adhuc non infertur, posse aliquid supra exigere pro obligatione non repetendi mutuum. Erratio est, quia quoruscumque ex parte mutuantis, & mutuantarii onera sunt paria, iustitia manifesta intervenit, si aliquid supra sortem exigatur; sed ita res se habet in praesenti: ergo. Minorem probbo: quia fors responderet sorti, & obligatio obligationis: obligatio enim mutuantis compensatur per obligationem mutuantarii reddendi sortem, etiam si casu, & naturaliter perierit, ita ut omni eventu non mutuant, sed ipsi mutuantario pereat, ergo cum utriusque onera sint paria, nequit ab illo iustitia aliquid supra sortem exigiri.

29. Ad fundatum praeципuum, cui contraria sententia innuitur, responderet Molina *tom. 2. tract. 2. disp. 3. 8 n. ii.* aperte falsum esse: quia mutuare ad amnum non est inducere super se obligationem aliquam, sed solum ex sua liberalitate concedere beneficium mutui in totum id tempus: sicut qui donat, tradit quem rem donatam, nullam inducit super se obligari onem in futurum, esto, traditione ejus rei à se abdicet potestate ea deinceps utendi, aut fruend: ergo qui mutuum dicit ad annum, nullam in se inducit obligationem, sed solum exercet liberalitatem concessionis beneficis mutui in totum id tempus: esto inde sequitur toto eo tempore, neque uti posse re, quam mutuo concedit, neque posse illam repetrere. Huc autem obligationi intrinsecè inherenti mutuo ad certum tempus, nil superaddit altera in pactum deduta non repetendi intra talem terminum: ergo sicut prima non sufficit inducere aliquid supra sortem; ita nec secunda, ac proinde sicut illa sufficienter compensatur obligatione reddendi mutuum, sic & ista: alà sequentur omnia incommoda, que ex usura sequi, docent communiter Doctores, & Scriptura, Concilia, & Pontifices damnant.

30. Propter hanc sententiam Ledesma, & aliorum, quos num. 11. citavi, graviter censura incurrunt Doctores. P. Molina ubi suprà num. 10. inquit esse, non solum novam, & inauditam, sed etiam periculosam satis, & quam aperte usuram. Et infra: *Ergo agitur eiusmodi opinione perniciosa valde in fide, ne quid amplius dicatur.* P. Amicus in *Carlo Theologico*. Similiter, inquit, esse sententiam novam, periculosam, & expositam palliat usuram. Sic *tom. 5. disp. 10. sect. 8 n. 131.* & *Palau tom. 7. tract. 32. p. 8. ad 5.* dicit, esse sententiam valde periculosam in fide. Cujus ratione: tradit *Cardin. de Lugo tom. 2. de Iust. disp. 25. sect. n. 17*. Nam si, seclusus damno emergente, & lucro collante, opinio Ledesma vera esset. Reduceretur uno verbo tota controversia de usuris ad questionem de nomine inutilem omnino ad forum conscientiae: & nullus contractus esset usurarii re ipsa, sed solum propter ignorantiam contrahentium, qui ne- sciant distinguere titulum lucri. *Quapropter sententiam, quam prius tenuerat Diana 1. p. tract. 8. resol. 48. jure retractavit p. 8. tract. 7. resol. 63. & p. 11. tract. 1. resol. 23. ibique libellum Philippi de la Cruz, ubi continebatur, a supreme Tribunali sancta Inquisitionis Hispanæ prohibitum refert. Quod observat etiam *Amadeus tr. de Usury prop. 3. in edit. Matrit. anno 1664. fol. 227.* Et novissime *Summus Pontifex Alexander VII. die 18. Martii, anno 1666. haec propositionem: licetum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non recipiendam sortem usque ad certum tem-*

pus: damnavit, & prohibuit, ut scandalosum, immum. Quam nulli in posterum docere, defendere, aut edere, nisi ad eam impugnandam, licet, facta incurreret, summo Pontifici relevaret.

Q V A E S T I O VI

Sitne simonia, pecuniam promittit ad consecutionem beneficii, quando non est intentio standi promissi?

1. *C*ertissimum est, grave peccatum esse negligi, & inductionis, vel cooperatiois ad peccatum simoniae collatoris beneficii. Difficilis vero solum est, an aliunde extatione summa fuisse causa simoniae ista simoniaca sit, & permissa comitantes indicat. Affirmant Navarros, & alios citant. Pro negativa plures militant, pro qua mihi probabilius, stare decrevi. Est invenitum Cajetanus *tom. 2. opus. tract. 9. quaff. 12. ubi iugis Utrum emens, & adquirens Episcopatum, non intendendo solvere promissam pecuniam, sit simonus?* Responderet: *In definitione simonis dicitur, quod est studiosa voluntas emendi, ac vendendi, &c. Ubitur deest omnino emendi voluntas, si empius secundum veritatem non est, sed empius tantummodo simulatio, &c. ubi autem negipito, nec venditio est secundum veritatem, sed horum apparentia, ibi nec simona: sed secundum veritatem est, sed secundum apparentiam. *Cajetanus sequitur M. Soto *lib. 3. iustitia*, quaff. 8. art. 1. §. *Dubium his in Usurhae questione proponit: Dubium haec dissoluendum confurgit, utrum sicuti coram simonia mentalis sine reali, ita vice veris commisrealis possit absque mentali?* Est, v. g. deceptio piam, atque impostor, qui prestitum Episcopo precerdotio solicet, acque instrumento coquido absque illa ratione implendi intentione. Autem tunc ex una parte simoniam oculi, quando dicit hoc innotuerit Ecclesie, pene sille suis ad genit. spoliareturque Sacerdotio. Ex altera vero nullum detur simona, utpote cum excessu operato intentione sit pensanda, & qua specie fortior. Dicendum ergo (attende) re vera, non esse simoniam, in foro conscientia praebenda donatum tenet et reliquere, ut Cajetanus ait quaff. 10. quodlibet.

2. Cum citatis sentit M. Petrus de Ledesma *Sum. tract. 12. de Simonia, consil. 4. §. Para dictum fol. mibi 717. ubi sic: Si uno exteriormente leprosaria con el Obispo de comprar un Beneficio, pero interiormente no tiene animo de comprar, estaacion puede ser pecado de mentir, y elandando comunicar en la simonia del que vende el Beneficio. Pero en realidad de verdad no es simona, que no es compra, ni voluntad de comprar, simoniallantad fingida. Delt. simona fingida se ha de tener que non tiene fuerza, ninguna para obligar a retencion, ni en realidad de verdad està sujetada a la simonia.**

3. Hanc opinionem probabilem putat M. Ladvovic Lopez *tom. 1. Infruct. cap. 307. §. Igitur pro decisione, & cap. 307. fol. 970. column. 1. que concur-*

rium dicit esse vero similius. Et expresse defendit M. Arauxo in *Decis. Moral. p. 2. disp. 14. dub. 1. nu. 6.* "Si monia, inquit, sit ea deficitur conditiones ad humanum contratum requisita, ergo deficit vera ratio simonia." Et infra: "Dixi virtutum simulata simonia, quia huiusmodi fictio alii malitiis est affecta, qui enim si & pro beneficio spirituali promittit alteri pretium, ad ejus mentalem simoniam operatur, ac proinde occasionaliter est via simonia alterius, incurritque pecatarum scandali, quod in ejusmodi occasione ruina, exhibito pretio, constitit, teste D. Thoma *ques. 43. art. 1. & 3.* & peccat peccato perniciosi mendacii, ratione cuius se ipsum infamat, mentiendo, se esse simoniacum."

4. Eadem opinionem defendit Villalobos in *Sum. tom. 2. tract. 37. diff. 1. nu. 14.* dicens: "El que promete a otro precio por el Beneficio, no con animo de pagarlo, sino solo con animo de enganarle, no es simoniaco, &c. La razon es, porque este no tiene voluntad de comprar, sino de engañar al otro, mintiendo: aunque peca, porque induce al otro a simonia y haze obra, que exteriormente es simonia: delo qual se sigue, que puede recivir el Beneficio, como dizen Ciyetano, Soto, y Lefio."

5. Idem sentit Petrus de Navarra de *Restit. lib. 2. cap. 2. nu. 41. diff. 12.* ibi: "Et quidem duplicitate potest contingere conventionalis simonia. Primum, sine voluntate interiori emendi, sed tantum pacto exteriori adjecto. Secundo, ita ut voluntate emendi exteriori conventione informetur. Circa primum sunt nonnulli, qui non censent, eam esse simonię, ac proinde secundum istos, nulla erit restituendi obligatio. Ratio est, quia simonia est studioſa voluntas, &c. Ubi igitur voluntas non est, verè simonia esse non potest, sed apparens, & diminuta; sicut homo pictus. Ita (enfis) Cajetanus in *tractat. de Simonia, ques. 2. tom. 2. opus.* Et sequitur Sorus articulo illo primo. Bene tamen satentur hi Doctores, peccare mortaliter multiplici nomine. Primum, quia participat peccato simonia mentalis alterius, scilicet videntis, ad quod dat operam efficaciter. Secundo, quia scandalizat malo exemplo proximum. Tertio, quia mentitur, & se infamat, quod idem Cajetanus mortale peccatum esse censet. Verum tamen Navarrus contra existimat, esse peccatum verè simonia, & obligare ad restituendam adquisitorum, si ad traditionem ventum sit. Verum ego sententia Cajetani magis acquiesco. Hac Petrus de Navarra.

6. Quibus adde Bernardum Stubrokum Theologum Vienensem in *notis contra Wendrochium in not. 3. ad Epist. 12. fol. 191.* ubi sic: Accusas denique simonia illum, qui pecuniam promittit sine intentione solvendi, sed multi dicunt, non esse simonię, te, haud dubie, longe doctiores, ut Cajetanus, Sotus, Toletus, Petrus de Navarra, Suarez. Nempe ille, qui fingit, non habet voluntatem emendi: igitur nec simonia mentalis, ut vocant, sola mente conceperat committit: igitur nec eam, quam dicunt conventionalis, seu pacto firmatam, qua mentalem supponit. Quod dicit corrumpti judicem per promissum falsum, itemquē illum, à quo, qui si è promittit, accipit deinde Sacerdotium: utrumque verum est, sed non est simonia, quia non obtinetur beneficium per pecuniam, sed per promissum falsum, &c. Non tamen negabit quisquam, quin ille, qui si è promittit, graviter delinquit, & mendacium sacrilegum cum maxima irreverentia committat. *Sic Theologus Viennensis.

7. Denique Machado *tom. 1. lib. 3. p. 3. tract. 3. docum. Pars II.*

5. num. 2. huic opinioni, ut communiori inter Theologos, cum aliis, quos refert, assentitur, dicens: "Dandan los Doctores, si la promessa de dar cosa temporal por la espiritual, ó al contrario, sin voluntad de cumplir la promesa, pueda constituir verdadera simonia, &c. Navarro siente, questi: pero la mas comun, y recibida opinion es, que en tal caso no se comete simonia convencional. Bien es, que como dice Palao, este tal pecara en esto, pero no incurria en el fuero interior en las penas dispuestas en derecho contra ella, porque no es verdadero simoniaco, por defecto de la intencion. *Sicille, dicens in margine. ita tenent Suarez, Aragon, Lefio, Valentia, & alii communiter, quos refert, & sequitur Palao *tom. 3. tract. 17. diff. 3. par. 6. nu. 2.* *Unde colliges, immerito Cajetanus a Cathartino reprehensum, quod hanc opinionem docuit.

8. Hinc communem sententiam amplexatus est P. Escobar (à quadam Neotherico ideo fugillatus) in *Theologia Moral. tract. 6. exam. 2. cap. 1. n. 14.* dicens, "Simonia sita committitur, dum quis exterius rem spiritualem pro temporali promittit: vel rem temporalis pro spirituali, absque animo tradendi, & se obligandi ad rem ipsam tradendam, & hæc non est verè simonia, sicut etum aurum non est aurum." Hæc Escobar, & plures, quos citatos sequitur Palao *tom. 3. tract. de Simonia, diff. 3. p. 6. aum. 2.* *Communior (inquit, sententia sit, & mihi probanda, non committi simonię conventionalem in hoc casu. Ita tenent Cajetanus, Sotus, Toletus, Petrus de Navarra, Lefios, Suarez, Aragon, Manuel Rodriguez, & Valentia. Ratio est, quia carens animo donandi spirituale pro temporali, caret etiam animo emendi, vel vendendi: emptio enim, & venditio est datio, & commutatio unius pro alio. *Quod punct. 4. nu. 5. alter explituerat, dicens: Ad contrarium emptionis, & venditionis necessariò requiri, dationem pecuniae procedere ex voluntate commensurandi illam cum re spirituali, ac illam tanti estimandi: seclusa autem hac voluntate, etiam si datur tempore cum obligatione donandi spirituale, vel econtra, nullam esse proprię simonię ex natura rei. Addit verò, & bene, jure Ecclesiastico quamlibet donationem cum pacto simonię constitutre: tametsi, ut explicat supra punct. 6. ex parte fidei promittentis vera simonia non sit, sed tantum peccatum inductionis ad simonię saltē mentalem, & opus externū promissionis simonię. Propter quod, inquit, ut benè advertunt omnes supradicti Doctores, penas à jure inflatas simoniacis, non incurrit."

S. III.

Quid si promissio non animus, sed execratio deficiat?

9. A ddo, promittentem ex animo, licet simonię veram committat, si tamen postea promissio non fuerit, non incurrit pena contra simoniacos. Vide Garciam de Beneficiis *tom. 2. p. 8. cap. 16. nu. 19.* ubi pro hac opinione refert 48. Doctores, inter quos sunt Navarrus, Covarruv. Joannes Gutierrez, M. Barr Fumus in *Armilla verb. Simonia, nu. 4.* M. Viguerius *cap. 5. §. 9.* Summa Corona Confessorum *3. p. tract. de simonia, nu. 9. & 35.* M. Ludovicus Lopez dicens ex quatuor, & probabilitatem *tom. 1. instruct. cap. 305. & 307.* & est communis in Schola D. Thoma, ut

Yy 2 testa

testatur M. Petrus de Ledesma in sum. 2. p. tract. 12. ad finem, ubi illam efficaciatione probat. Sic enim scribit: * La dificultad es en caso, que uno entregó la cosa espiritual, pero no se en regó el precio, si en tal caso se incurren las penas puestas contra el simoniacos, y si las incurren los simoniacos, y mediatores? La razan de dudares, porquelas penas se incurren por la perfecta simonia, y vendicion; porque en entregandose la cosa es perfecta la venta. Luego incurrense las penas, que están puestas en derecho contralos simoniacos. Por la razan dicha algunos Doctores enseñan, que se incurren. Esto tiene Cayetano, y Soto. A esta dificultad se responde, ser muy probable, que no se incurren, si no es despues de entregada la cosa espiritual, juntamente con el precio. Esto enseñan Navarro, y alego otros Doctores, y esto tiene C. Siodoro, y Orellana, y comunmente los discípulos del Angelico Doctor Santo Thomas. Pruebase del estilo de la Curia Romana, que no tiene por simoniacos, sino es que entreguela cosa espiritual, y el precio, y este estilo tiene fuerza de ley. * Sicile.

10. Cui consonat M. Arauxo in Decis. p. 2. disp. 14. art. 6. n. 19. ibi: * Quando simonia non fuit utrinque consummata, quia scilicet emens dedit premium, sed nondum accepit beneficium, tunc premium restituendum est ementi, quia stando in jure naturae premium est restituendum illi, à quo fuit iniuste acceptum, & alias Ecclesia, aut jus positivum non puni hujus simonia incompletam. * Sicille, qui paulo supra n. 10. hanc sententiam ex professo probat, referens pro illa Navartum, Malderum, Lessium, Suarez, & alios loquentes de simonia conventionali, & sequuntur plures apud Dianam p. 10. tract. 16. resol. 15. & p. 11. tract. 6. resol. 30.

11. Sed quid, si post obtentum beneficium, solvas Episcopo pecuniam, non quidem à te promissam, sed ab amico, propter beneficium tibi conferendum? Respondet Navarrus lib. 5. consil. 10. de simonia. * Te non peccare, & per consequens nulla contra simoniacos latam penam incurre, si non contentias in factum alterius, ratum habendo contractum, sed illum ex amicitia solvas id, quod ipse amore tui dedit, vel promisit. * Sicille. Cinego auctor, nec existimo, esse contra D. Thomas 2. 2. q. 100. art. 6. Quia licet dixerit, in predicto casu, non esse obligationem resignandi beneficium simoniace collatum, nisi forte postmodum pacto consenserit, solvendo, quod fuit promissum. * Ceterum hoc intelligendum est, si solveret, ut debitum ratione contractus ab amico initio sensus siad contractum non attendens, vellet ex gratitudine aliquid conferre, quo sensu Navarrus ubi supra loquitus est.

12. An vero restituendum sit premium simoniace acceptum in ordine, Beneficio, aut ingressu Religionis? Conveniant Doctores, contra Vgolini tabul. 4. cap. 5. §. 1. n. 1. in simonia in Beneficio, ante judicis sententiam restitui debere: quia in hoc casu, ipso jure, datur inhabilitas ad acquirendum illius dominium. Secus in simonia in ordine, vel ingressu Religionis. Est tamen difficultas, cuinam restituendum, illine, qui simoniace dedit, an pauperibus? His debere restitui, tradit D. Thomas in 4. disp. 15. quest. 2. art. 4. ad 2. quest. ubi ait: * In simonia adquisitum non potest justè restringi, sed debet in elemosynas erogari. * Et iterum 2. 2. quest. 32. art. 5. ad 2. * De eo, inquit, quod est per simoniacum acquistum, potest fieri elemosyna, quia non est debitum ei, qui dedit, sed meretur illud admittere. * Sic D. Thomas, quem ex discipulis sequuntur D. Antoninus par. 2. tit. 1. cap. 5. §. 7. M. Ta-

bienia verb. Simonia quest. 76. & 77. Cajetano 16. Restitut. cap. 4. & alii.

13. Nihilominus contrariam sententiam tenet Sotus lib. 9. de Inspe. quest 8. art. 1. De Simonia, ubi ait: * Si simonia executioni mandata sit, faberatio tam pretii, quam probende fecit, tunc debet. Omnes enim in hoc consentire videantur, etiam D. Thomas in solutione quarti: quod estimatio pretii sit facienda vel Ecclesia, in qua simonia constata est, vel pauperibus, &c. Atram fites pauperis spiciatur, distinguendum est. E enim post condonationem, extra controversiam, faciendam est constat restitutionem Ecclesia, vel pauperibus, ut quemadmodum Papa iussit. Quoniam & quid dicit, ob crimen multatetur ære, quod dedit, & qui recipit, dominium non acquirit. Verumtamen dum crimen non est delatum, sed in foro conscientie, potest dñe aliquid mihi non possum, quam quod restituto pretii facienda sit ei, qui dedit. * Erat in qua fuit Dixerim, ait: * Mihi nullatenus sit probandum quod Ecclesiam condemnare quemquam ad pauperem, non condemnationem de crimen: & ideo resoluimus, quod premium dedit, privare suo iure potest, quando ejus lateret crimen. * Sic M. Sotus, cuius sententia amplectuntur etiam M. Banner 2. 2. q. 32. art. 7. lib. 1. & M. Bart. de Medina in sum. lib. 1. cap. 14. §. 21. Quo sequitur M. Arauxo, enijs verba habes supra n. 10. lib. 1. haec tenenda est, quia, iure positivo, recipiens premium pro beneficio, non acquirit illius dominium, ergo qui premium confert, dominium non transferit, inde ante sententiam judicis declaratoriam cum non transferri in pauperes, ergo vere maneat in domino, ergo ex iustitia, si cur res aliena debet, tunc illi restitui. Hoc fundamentum probabilem reddit hanc sententiam. Cui facit Navarrus lib. cap. 17. cuius verba dedi tract. de Ius. q. 3. n. 7.

14. Unum hic advertere non omittam, minime auditendum esse Joannem Pontium dum in sua Cor Theologico, disp. 56. quest. 2. conclusio 10. n. 37. afferit, ut bente jure litigiosum in beneficio, potest dare aliquis intendit entale ius, ut deficat, & hoc medio plebejus expensas, quas faceret, & defendendo verbis ipsius. * Difficil est, an qui habet ius in beneficio, sed in iugisum, postea recipere ab alio præcedenti jure modum beneficio, vel dare aliquid, ut renuntiaret aliis. Sententia communis videtur, quod non possit fieri absque simonia. Sed salvo meliori iudicio, estimarem, non esse simonianam, si datur aliquid in pro beneficio, quod dans patetur, esse solum, si invitaret expensas, quas deberet facere, ut defendens ius suum: Nam procurare per decem nummos, si quis exponeretur periculo perdendi centum numeros, quos in lite deberet expendere, nil profitabet malitia, neque enim quod dat, est spiritus, sed quod etiam illud pro quo dat. Date quidem aliquis alter renuntiaret iuri positivo, videtur esse dimicium, quia ius illud est spirituale; date vero quid, ut non moveat item ad persequendum ipsum, & consequenter ad renunciandum iuri positivo, hoc est non persequendo ipsum, non appetit simoniacum, quia illa negatio prosequitur, non est spiritualis. Idem dicendum, si recipere inter aliquid, ut ipsum et non proficiat, quod ius suum: * Sic ille.

15. Qui his adhuc non contentus, subiectio? Sed quidam idem dicendum de eo, qui habens possibiliter beneficium, velle illud relinquere alteri praedicti ob aliquod premium ab illo receptum? Relatio hujus causus videatur difficultor, quia hinc deo

possessionem beneficij, viderur dare rem spiritualem pro illo pretio. Respondeo tamen, nihil videri, quod possit hoc facere absque simonia, quia cum non sit certum, quod beneficium sit suum, sed propter probabilitatem, quam habet, quod sit suum, vellat in litigando expensas facere; nullo modo apparet simonia, ut vite illas expensas, aliquid rec pere, quia neque quod accipit, est spirituale, neque illud, pro quo accipit, hoc est expensæ, quas faceret in litigio. Itaque, si quid dat, non emit jus alterius, neque possessionem, sed solum det alteri ratione expensarum, quas faceret, ut probaret, jus alterius non esse bonum, non apparet illa simonia ex parte ipsius. Similiter si recipiens, neque dat jus suum, neque possessionem positivæ, sed negat vñ tantum promittendo, ut alter accepit illam, sed solum recipiat aliquid, nefaciat expensas, defendendo possessionem suam, non committit ullam simoniam. Hactenus Pontius. Quia si probabila, non parum ad proxim deservirent. Sed revera, vñ detur hic contractus simoniam palliare, cum iustitia sit, mediante pecunia certum fiat, & tam per illam, quam per contrâcsum ex iustitia obligantem, via paretur ad beneficium, quod omnes Thologi, ut simoniacum reprobant, cum D. Thomas 2.2. quæst. 100. artic. 2. ad 5. ubi sic scribit: *Antequam aliquis adquiratur jus in præbenda per electionem, vel prævisionem, seu collationem, simoniacum esse adver tantum obstatula pecunia redimere. Sic enim per pecuniam pataret sibi viam ad rem spiritualem obtinendam. Sed postquam jus aliqui adquisitum est, licet per pecuniam iusta impedimenta removere.* Sic D. Thomas, & omnes; ergo iusta impedimenta ex dubio jure pullulantia per pecuniam removi non possunt, esset enim "adversantium obstatula pecunia redimere."

DISPVATATIO QVINTA,

De Iejunio.

Q V A E S T I O I .

An qui labore, sive ex bono, sive malo fine suscep to, ut ad aliquem occidendum, vel in sequendam con cubinam, defatigatur, ex cusetur à precepto jejuni?

S. I.

Communis Doctorum sententia explicatur, & defenditur.

Dupliciter hoc evenire potest, vel prævidendo defatigationem, ex labore suscipiendo, fore incompossibilem cum jejuno, vel absque illa prævisione. Si secundum: omnes fatentur, nullum intervenire peccatum contra præceptum jejuni, quia, temel posita causa, defatigatus verè est

impotens moraliter jejunare, & in eius appositione, cum non præviderit periculum non jejunandi, nullum contra præceptum jejuni peccatum committit, sed tantummodo contra alia Decalogi præcepta, nimisrum contra quintum, vel sextum, iuxta intentionem operantis. Hæc conclusio est communis, pro qua unum pro omnibus dabo Magistrum Petrum de Ledesma in summ. p. 2. tract. 27 cap. 2. ibit: *Digo lo primero, que es cosa cierta, y averiguada, que si no se avierte, que se pone impedimento para el cumplimiento del precepto del ayuno, o no se debió advertir, (nimisrum, quia nulla dubitandi ratio occurrit) que no se peca mortalmente, quando se pone el tal impedimento. El exemplo es: Si uno por su creacion se puso a jugá á la pelota, y no advirtió, ni pudo advertir, que avía de que brantear el precepto del ayuno, ni sentirse fatigado, ni cansado, desuerte, que no pudiese ayunar. La razones, porque en tal caso el que brantamiento del precepto no fue voluntario en si, ni en su causa, como es cosa notoria. *Sic ille, & omnes.

2. Si vero primo modo res eveniat, nimisrum prævidendo laborem suscipendum fore incompatibilem cum jejuno: dubium duplex examinandum occurrit. Primum. An posita defatigatio moraliter incomparabile cum jejuno, tenetur adhuc sic defatigatus jejunare? an potius à precepto adimplendo maneat excusus? Secundum: an in causa peccaverit assumendum laborem illum cum prævisione eventus: Primam dubitationem non proponit Filiacus tom. 2. tract. 27 p. 2. cap. 7. num. 123, ad utramque autem responder, his verbis. *An qui malo fine laboraret, ut ad aliquem occidendum, vel ad in sequendam amicam, vel quid simile, teneretur ad jejuniū? Respondere tales peccaturum ex malo fine, artus defatigatione, excusaretur à jejuniū: nisi heret in fraudem jejuniū, secundum aliquos; sed melius alii, culpam quidem esse in apponenda causa fractionis jejuniū, at ea posita exculari à jejuniū. *Hæc ille, in quibus aperte admittit, dari peccatum contra præceptum jejuniū, quando in eius fraudem, aut ex prævisione eventus labor assumitur, quod fatetur consistere in apponenda tali causa, negat vero, ea posita, etiam si in fraudem, esse postea obligationem, jejunandi. Cuius sententia verissima est & evidentiatione probatur; tua quia impotens moraliter jejunare, non tenetur præceptio: tum quia, posita causa impediens, seu moraliter impossibile reddens jejuniū, ipsa jejuniū omisso conjungi potest cum vero dolore, & contritione, & cum amore Dei super omnia. Quis enim dubitare potest, eum, qui malitiosè impedimentum apposuit jejuniū, (quod auferre motu non potest, quia ad præteritum non datur potentia,) possit nunc verè dolere de peccato in causa commissio, & simul proponere ex amore Dei super omnia in posterum non peccare, & peccatum commissum confiteri, licet simul habeat intentionem eodien non jejunandi, eo quod recte novit, sic defatigatum ad jejuniū non teneri?

3. Ideo hæc sententia communis est inter Doctores, ut videre est apud Diana p. 10. tractat. 14. resolut. 11. §. Quare male, & apud Leandrum in 5. præcepta Ecclesiæ, tractat. 5. disputat. 8. quæst. 157. & 158. & illam cum Magistro Paludano defendit Sylvester verb tejjuniū 24. dicens: *Et addit Petrus de Palude, quod si peregrinatio (nimisrum incompossibilis cum jejuniū) non est necessaria, peccat illam aggrediens indiscretè, id est, eo tempore, quo jejunandum est; et tamquam aggressus; licet incompossibile

Y 3 jeju-